



М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ  
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ  
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ

Г.

Шкафъ

3.

Полка

4

№

28.

9  
1  
Ex libro 115<sup>to</sup>. ff<sup>to</sup> 116 sub Alderis & B.

à folio 40 usque ad folium 109. Anni 1600

Reperiuntur folia 35.

Kopia crastkawa Księgi Metryanej 145. 2a.  
pewne za czasów Stanisława Augusta dla nie-  
oryginalności przepisana.

Onia  $\frac{24}{2}$  1838.

2a

Danieli Hermano Curiola tri-  
um uncorum uire perpetuo con-  
fertur.

Siquismundus ead Significamus ead Postea-  
quam nobis per certos Consiliarios nostros ex-  
positam est Nobilem Danielum Hermanum Bo-  
russum non modo ab eo tempore quo pia dim-  
memoria Stephanus Rex antecessor noster bel-  
lum contra magnam Moschorum Ducem pro  
recuperanda provincia Livonia gessit fidem  
suam Regno Polonia et magno Ducatui Li-  
thuania Summa animi promptitudine pra-  
stitisse magnas pecuniarum Summas per  
longissimum itineris spatium et difficiles vi-  
as non sine periculo ex civitate nostra Geda-  
nensi in castra Regia saepe tunc advenisse  
neque officio suo in rebus quas talia tempo-  
ra postulabant desuisse sed etiam post re-  
cuperatam Livoniam in eadem Provincia  
Secretarij munus obivisse et tam apud Alre  
Andrium olim in Christo Patrem Domi-  
num Georgium Cardinalem Radzivilum  
et

et gubernatorem tunc Livonia quam generalem  
ibidem Commissarium Generosum olim  
Stanislavum Pekoslavum nec non Ma-  
gnificum Georgium Farenbach militis No-  
bilitatis Livonia et modernum Nostrum Ge-  
neralem Praefectum quos vel publicos Conven-  
tus celebrare vel nobilitatem Livonicam ad  
arma concurrere Reipublica necessitas po-  
stulavit operam suam navasse tum et  
Interregni Electionis atque felicitis Coronati-  
onis nostra tempore nullum fidelis subdi-  
ti officium in se desiderari passum esse. Quae  
quidem omnia non solum exposita sed etiam  
luculentibus testimoniis coram nobis probata  
sunt. Nos igitur ad intercessionem et com-  
mendationem certorum Senatorum no-  
strorum pro praefato Daniele Hermanno Bo-  
russo apud nos interpositam faciendum  
nobis existimavimus, ut has virtutes in-  
ipsius aliquo modo remuneraremus et  
ad similia fidelitatis officia nobis pra-  
standa alios quoque incitaremus. Etsi  
vero

5.

jam dudum constitutum nobis fuerit dicto  
Danieli Hermano bona aliqua ad dispositio-  
nem nostram devoluta in recompensationem  
servitiorum ejus conferre ejusque rei spem ipsi  
specialibus litteris nostris super duodecim ter-  
ra uncis aliquo loco ad nos devolvendis fece-  
rimus, attamen cum nihil tale se se nobis hac-  
tenus obtulerit, interim Curiolam quandam tri-  
um saltem uncorum et aliquod colonorum  
in Districtu Ascheradensi sitam quam olim  
Henricus Statmeister seu Holmeister et Suc-  
cessores ipsius possederunt et qua post extin-  
ctos legitimos haeredes caduco jure ad disposi-  
tionem nostram devoluta est, quam memora-  
tus Daniel Hermanus ad praesens possidet  
et super quam Magnifici Livonia Pletebergij  
ejusque proximi Successoris Stasencampie  
qui limites Curiole et agros circumjacentes de-  
finivit, Privilegia antiqua ab eodem coram no-  
bis producta sunt, eidem Danieli Hermano  
tanquam bona nobilitana et caduca dandum  
et conferendum esse duximus uti quidem  
Ordamus et conferimus perpetuo jure hereditario  
et

et in eum cum omnibus ad eam pertinentijs  
colonijs agris cultis et incultis fanetis, pascuis  
molendinis piscinis tabernis silvis paludibus  
omnibusque et singulis pertinentijs redditibus  
usibus quicunque sunt et deinceps esse poterunt,  
nullis prorsus exceptis prout illam profatus o-  
lim Hutmeister ejusque Successores possiderunt.  
Dantes eidem Danieli Hermano potestatem  
curiolam dictam cum bonis ad eam pertinen-  
tibus vel in toto vel in parte vendend[um] com-  
mutand[um] donand[um] transportand[um] denique  
arbitrio suo prout ipsi visum fuerit de ijs  
tanquam proprijs disponere. Qua quic-  
quidem venditio, commutatio, donatio, trans-  
portatio, et de bonis dictis dispositio su-  
um debitum robur perpetuis temporibus  
est habitura. In quorum omnium fidem  
presentes manu nostra subscripsimus  
et Sigillis Regni et Magni Ducatus Li-  
thuania consignari jussimus Datum  
Varavia in Conuentione Regni generali  
Die quarta mensis Martij Anno Domi-  
ni Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
nostrorum

7

nostrorum Polonia Decimo tertio Suevia vero An-  
no Sexto.

Sigismundus Rex

Consensus Christophoro Okun  
datus ad cedendum piscina in  
villa Regnow extruendumque  
molendinum Paulo Szerbic sub  
agere ejusdem Piscina

Sigismundus etc Significamus etc Quod  
cum nobis Generosus Paulus Szerbic Se-  
cretarius noster exposuisset Generosum  
Christophorum Okun de Grodzisko Tenen-  
tarium villa nostra Regnow ad Capita-  
neatum Ravensem spectare induxisse in a-  
nimum certa piscina majori tenute sua in  
villa profata Regnow e regione curia advoca-  
tialis Regnoviensis supra piscinas advoca-  
tiales sitam personam Nobilis Pauli Szer-  
bic filij sui cadere idque cum facultate ex-  
truendi ibidem molendini ex cruda radi-  
ce modo id fiat cum consensu nostro et a-  
tra prejudicium juris advitalitij eidem  
Generoso

Generoso Christophoro Okun' super villam praefatam servandae faciendae nobis esse existimavimus ut in hanc ipsam cessionem consentiremus quemadmodum jam exnunc consentimus Dantes videlicet plenam facultatem ut idem Generosus Christophorus Okun' possit et valeat piscina praefata cum facultate uti praemissum est extruendi ibidem sub aggere ejusdem piscinae molendini aquatici coram quibuscumque rotis auterlicis Regni in personam memorati Pauli Szczerbicis junioris cadere. Quae quidem cessio posteaquam facta fuerit, nos eam non vacua ratam habiturum sumus ac si coram nobis ipsis de certa voluntate et scientia nostra facta esset. Deurnentes et caventes eam piscinae cessionem juri ad vitalitio, quod praefato Generoso Christophoro Okun' super villam praefatam Regnow competit nihil nocere et praedjudicare imo illud in suo robore per omnia quantum ad possessionem villarum Regnow et Podskarbice permanere debere. Quoniam autem idem Paulus Szczerbicis in molendinum praefatum non mediocres sumptus

9.

ptus facturus est volentes eidem propter me-  
rita patris ipsius gratiam nostram declarare  
tum etiam ne ipsum sumptus profati po-  
niteat. Primum quidem summam quacunque  
in extructionem profati molendini exposita fu-  
erit quanta et qualis ex justa taxatione pro-  
venerit eidem Paulo Szczerbic juniori super  
molendino profato assecuramus et inscribimus.  
Deinde vero tam molendinum quam pisci-  
nam profatam cum omnibus utriusque  
eorum fructibus et emolumentis in poses-  
sionem pacificam ad extrema usque vita  
ipsius tempora conferimus. Promittentes ver-  
bo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Suc-  
cessoribus nostris quod eundem Paulum Szczer-  
bicz juniorem de profata piscina et molen-  
dino quacunque nostra et Reipublica necessi-  
tate id exigente non exememus neque cui-  
quam id ipsum faciendi potestatem facie-  
mus sed eundem Paulum Szczerbicz in pa-  
cifico usu et possessione ejusdem piscinae  
et molendini conservabimus et Serenissi-  
mi

mi Successores nostri conseruabunt. Ita ut eti-  
am Tenutarij villa profata nunc et pro tem-  
pore existentes teneantur et sint adstricti a-  
qua decursam ex superioribus piscinis tenuta  
sua non impedire imo eum libere in pisci-  
nam profatam majorem demittere. Quod si  
supra eandem piscinam idem Paulus Szczerbicz  
aliquando fontes querere et aquam inde pisci-  
na sua addere sine profuditio et Damno tenuta-  
riorum possit, id ei integrum esse volumus. In-  
super et ex eis sumptibus idem Paulus Szczer-  
bicz fructum aliquem percipiat statuimus  
et ordinamus ne incola villa profata Re-  
gnow tum et villa Podsharbice ad eandem  
tenutam Regnouansem spectant nullibi  
frumenta sua omnis generis tum et bra-  
sea molere presumant, praterquam in eo-  
dem molendino per profatum Paulum  
Szczerbicz extruendq sub amissione framen-  
ti. In cuius rei fidem etc Datum Varavia  
Die quarta mensis Martij Anno Domi-  
ni Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
nostrorum

nostrorum Polonia tredecimo Suetici vero An  
no Sexto.

Sigismundus Rex.

Confirmatio Litterarum Contuber  
nialium ratione Gerada et rerum  
mobiliu[m] Civitatis Pizdrensis con  
scriptorum.

Sigismundus eisd[em] Significarius eisd[em] obla  
tas nobis fuisse litteras papyreas infrascriptas  
Sigillo civitatis Pizdrensis obsignatas mani  
bus Proconsulis Consulium et omnium senio  
rum contubernialium quotquot ibidem sunt  
nomine totius communitatis Pizdrensis sub  
scriptas articulo certos ratione successionis  
rerum mobiliu[m] Gerada et Hergeweth di  
ctorum de unanimi consensu totius consu  
tatis et omnium fraternitatum consilio ci  
vitat[is] pradicta constitutos et approbatos  
in se continens, sanas salvas integras om  
nique prorsus suspicionis nota carentes sup  
plicatumque nobis esse ut easdem litteras  
auctoritate nostra regia, approbare confirmare

re

re ratificare dignaremur. Quorum quidem se-  
rius sequitur ejusmodi. Proconsul cum consulibus  
civitatis Pizdri universis et singulis quorum in-  
terest tenore praeventim litterarum nostrarum  
significamus plusimum interest ut si lex a-  
liqua civibus et incolis cuiuscunque civitatis no-  
civa ac minus conveniens in derogationem com-  
munis libertatis reperiretur, unde probabile sit, ple-  
runque ingentia damna et incommoda multis  
evenire posse de unanimi omnium voluntate  
ac assensu de medio tolleretur ac aboleretur  
maxime vero cum liberum sit legem ejusmo-  
di noxiam ac incongruam totius commu-  
nitatis assensu accedente immutare dum-  
modo principis auctoritas ad id accedat.  
Proinde nos de unanimi consensu nostro  
et totius Civitatis praefata scientia artian-  
lorum quendam respectu Gerada atque  
Aerqeweth quodam modo rationem  
repugnantem de lege et usu hujus Ci-  
vitatibus antiquo erradere et immuta-  
re volumus, quemadmodum qui-  
dem erradimus et immutamus sta-  
tuentes

tuentes De unanimi omnium consensu denun-  
 ciantesque omnibus nunc et in posterum ex-  
 sistentibus post decessum consortis deficiente  
 prole faminea sed tantum filio vel filijs  
 relictis tunc paraphernalia omniaque et  
 singula ad Geradam pertinentia in jure  
 Magdeburgensi expressa ipsam defunctam  
 concernent super filium et filios pleno jure  
 devolvi et cadere debere sorores vero amittinas  
 et alias propinquas ipsius defuncta ab hu-  
 jusmodi Gerada excludendas esse pariter  
 Hergeweth virum concernent super pro-  
 lem famineam filio superstitem non ex-  
 sistens. Post mortem patris devolvi et ca-  
 dere fratres patruales aliosque propinquos  
 patris defuncti ab hujusmodi Hergeweth  
 removendo et alienando. Si vero forte fi-  
 lius vel filia vivus exadat post mortem  
 matris suo patre superstite existente ex  
 tunc eadem Gerada super patrem  
 pleno jure devolvetur. Si quoque acci-  
 deret

deret quod nec filius nec filia ibi essent  
ad tollendam hujusmodi Geradam et Her-  
geweth tunc maritus post mortem uxoris sue  
& caput eadem et pleno jure possidebit. Uxor  
vero post mortem mariti sui Hergeweth sine  
ullo impedimento conuanguineorum mariti  
sui similiter accipiet, deficientibus autem his  
tunc proximiores ipsorum defunctorum  
Geradam et Hergeweth tollent quilibet juxta  
sitam conditionem et statum omnibus ali-  
tercationibus litibus et controversijs remotis  
penitusque rejectis. In cuius rei testimonium  
Sigillum nostrum presentibus apprimi  
curavimus supplicavimus humillime  
Sacra Regie Majeste Domino Domino no-  
stro clementissimo ut super hanc hujus-  
modi legis sive articulorum immutatio-  
nem assentiri dignetur. Actum in prato-  
rio Pisdrensi vigesima die mensis Octo-  
bris Anno Domini Millesimo Quingen-  
tesimo nonagesimo septimo Albertus  
Stabile

Staiele Proconsul Alexius Dwoian Consul mppg  
 Matiasz Dlugosz Jan Rardele Consul Jan Siecha  
 Consul, Joannes Kawszynkowie Actorum Spectabi-  
 lis Officij Consulatus atque Advocatialis Pizdrensis  
 Notarius Bartholomeus Gielnik Scabinus Senior Bla-  
 sius Jagielka, atque Mathias Smieika, artis bra-  
 seatorum seniores Joannes Staiele Andreas Mlich-  
 laniatorum, Joannes Gieln artis mercatorum ve-  
 nior, Joannes Lafel sartorum Senior Thomas  
 Latosz sutorum senior, Albertus Brachowski pel-  
 lionum senior, Lucas Trenifex Fabrorum senior,  
 Petrus Plaustrarius rotificum senior, Nos itaque  
 Sigismundus Rex prefata supplicationi benigne  
 annuentes prainvertas litteras in omnibus ca-  
 ram punctis, clausulis, articulis, et conditioni-  
 bus approbandum et ratificandum esse du-  
 ximus quemadmodum quidem approba-  
 mas confirmamus presentibus litteris no-  
 stris easque perpetuo firmitatis robur quan-  
 tum de jure est obtinere volumus. In cujus  
 rei fidem etc Datum Varaviae die quinta  
 mensis Martij Anno Domini Millesimo  
 Sexantesimo Regnorum nostrorum Poloniae  
 Decimo

Decimo tertio Sueciae vero anno Sexto.

Sigismundus Rex.

Bona Soltenfeldt Salomoni  
Liszewski jure ad vitali confere-  
runtur.

Sigismundus cum significamus quod  
cum bona Soltenfeldt in districtu Sluchovian-  
si posita jure certo ad nostram dispositionem  
devenissent, nos habentes rationem egregiorum  
meritorum Nobilis Salomonis Liszewski Sti-  
patoris nostri quae nobis a multo tempore offi-  
cijs suis summa cum diligentia et fide in  
Aula praestitit tum et in praesenti expedi-  
tione nostra in Regnum hereditarium Swe-  
ciae lateri nostro in conflictu tum hoste con-  
sistens vires suas strenue perorando pro-  
bavit et declaravit. Ideo ad majora deinceps  
praestanda cum incitare cupientes bo-  
na dicta Soltenfeldt ad nostram disposi-  
tionem certo jure devoluta, ei danda et  
conferenda esse duximus, prout daci-

mus

17

mus et conferimus cum omnibus atinentijs  
et pertinentijs ad extrema vite sue tempo-  
ra. Promittimusque verbo nostro Regio pro no-  
bis et Serenissimis Successoribus nostris Re-  
gibus Polonia, quod quamdiu Salomon Lū-  
szewski Stipator noster in vivo extiterit non  
esse nos cum et Serenissimos Successores nostros  
a possessione et usu fructu ad vitali bonorum  
supradictorum Soltenfeldt suarumque omni-  
um attinentiarum amotos, alienatos,  
aut inde exemptos sed integram illi jus  
super his bonis ad vitalitum quo ad vixerit  
conseruatos. Juribus nostris Regali-  
bus Republice. Ecclesieque Catholica in  
omnibus saluis manentibus. In cujus rei  
fidem etc Datum Varaviae die sexta  
Mensis Martij Anno Domini Mille-  
simo Sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae Decimo tertio Sueviae vero  
anno Septimo.

Sigismundus Rex.

approb.

Approbatio Conceptionis fundi  
deserti in Tenuta Moscivensi  
Paclawski cum conjugē suam  
Sigmundus eū Significamus eū Ge-  
nerosum Joannem Feliam Harborth de  
Fulstin Vismensem et Moscivensem Tenuta-  
rum et Secretarium nostrum Dum usigen-  
dis quam maxime commodis et proventi-  
bus Moscivensis tenute sedulam operam dat  
certam sortem fundi inculti et deserti in infi-  
mo decursu fluvij Stumca in eadem Moscivan-  
si tenuta Nobilibus Paclawski et  
conjugi illius peculiaribus suis litteris assi-  
gnasse in eodemque fundo sedem figere lo-  
care fundum ipsam pro agris pratis pascu-  
is aliisque commoditatibus extirpare et  
excolere permisisse nonnullisque Consilia-  
riis nostrorum intercessionem suam  
nomine predictorum conjugum apud  
nos interposuisse ut in eam assignationem  
atque

atque concessionem assentiri, illamque auctoritate nostra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur. Et intercessionibus Conciliariorum et quo inde successit temporis in Republica re-  
 dundare poterant, commodis et diligenter expensis facile in eam sententiam ivimus ut eam assignationem et concessionem ratam et gratam haberemus eandemque approbaremus ratificarem et confirmarem quem-  
 admodum quidem praesentibus litteris nostris approbamus ratificamus et confirmamus. Porro ut eo ardentius studium in extir-

pandos et excolendos istos fundos amplian-  
 dasque illorum utilitates in hoc  
 Paclawski exitemus illum una cum  
 conjugis illius Nobili Padawska  
 in quietam et pacificam possessionem ac usum  
 fructus istius fundi ipsi longitudine lati-  
 tudine circumferentia quibus a superioribus  
 memorato Joanne Felice Herbolth assigna-  
 tus et circumscriptus est conservandum  
 et

et reliquendum esse duximus ipsumque cum  
omnibus ipsius attinentijs pertinentijs com-  
modis utilitatibus obventionibus qua vel jam in  
in ipsis sunt vel in posteram humana industria in-  
stitui poterant, excolendum amplificandum tenen-  
dum habendum possidendum ad extrema utrius-  
que nominatorum conjugum vel alterius eorum  
qui supervixerit tempora in solidum damus et  
conferimus. Promittimusque pro eo nostro succe-  
soramque nostrorum nomine verbo nostro Regio  
et ipsos nos et Successores nostros prefatos con-  
juges aut alterutrum eorum quo ad alteru-  
ter eorum in vivo extiterit possessione reversione  
rum bonorum quacunque etiam vel nostra  
vel Reipublica necessitate non moturos neque  
ab alio quocunque moveri passuros imo  
ipsos aut alterutrum eorum ad extrema  
vite tempora in quiete possessione ac usu-  
fructu conservaturos. Post obitum vero utri-  
usque ea omnia bona ad tenutam Mos-  
covensem pleno jure redibunt. Juribus no-  
stris regalibus Reipublicae et Ecclesiarum Ca-  
tholicarum

bolicarum salvo ibidem per omnia ma-  
 nentibus. Majoris fidei et evidentioris testimo-  
 nij causa praesentes manu nostra subscripsi-  
 mus etc Datum Varaviae in Comitibus Regni  
 nostri generalibus die sexta mensis Martij Anno  
 Domini Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
 nostrorum Monu Decimo tertio Sueciae ve-  
 ro anno Septimo.

Item Concessionis fundi in Tenu-  
 ta Moscovensi Wilicamkianum  
 Sigismundus etc Significarius etc Cum Ge-  
 neroso Joannes Felix Herbalt de Fulstin Vis-  
 nensis Moscovensisque Tenutarius et Secre-  
 tarius noster quo in ampliora indies com-  
 moda et proventus Moscovensis tenata ex-  
 crescat, certam quantitatem fundi deserti  
 et inculti in astivario fluvij Sumnica in  
 eadem Tenuta Moscovensi Nobili

Wiliczaniski literis suis assignasset at-  
 que in hoc ipso fundo Domicilium sibi figen-  
 di locandi agros excolendi facultatem illi  
 tribuisset

tribuisset supplicatumque nobis per certos  
Consiliarios nomine predicti Wielic-  
zanski fuisset ut in eam assignationem  
et concessionem nostram etiam consensum  
præbere illamque auctoritate nostra Regia  
approbare ratificare et confirmare dignare-  
mur libenter sane et supplicationibus Con-  
siliariorum nostrorum et utilitatibus quæ  
temporis successu thesauris nostro obvenire  
ex ea locatione poterant consideratis me-  
moratam per eundem Joannem Felicem  
Herbult assignationem et concessionem ra-  
tam et quietam habendam ac eandem  
approbandam ratificandam et confir-  
mandam esse duximus jamque presen-  
tibus approbamus ratificamus et confir-  
mamus ut eo majore studio ac opera  
in excolendum hunc fundum prefatus  
Wieliczanski incumbat tantoque majora e-  
jus emolumenta auget illum una cum  
conjugæ illius Nobili Wieliczanski  
ska

ska in quieta et pacifica possessione ac us  
 usufructu istius fundi ipsa longitudine latitudi-  
 ne et circumferentia quibus superius memo-  
 rato Joanne Felice Herbult assignatus et cir-  
 cumscriptus est conservandum et relinque-  
 dum esse duximus ipsumque cum omnibus  
 ipsius attinentijs pertinentijs commodis  
 utilitatibus, obventionibus que vel jam  
 nunc in ipsis sunt vel in posterum huma-  
 na industria institui poterunt, excolen-  
 dum amplificandum tenendum habende-  
 dum possidendum ad extrema utriusque  
 nominatorum conjugum vel alterius eo-  
 rum qui supervixerit tempora, in solidum  
 damus et conferimus. Promittentes nostro suc-  
 cessorumque nostrorum nomine verbo no-  
 stro Regio neque nos ipsos neque Successo-  
 res nostros dictos conjuges aut alterutrum  
 eorum quoad vita alterutris eorum du-  
 raverit, quacunque vel maxima necessita-  
 te urgente recensitis bonis moturos aut  
 ab

ab aliquo moveri passuros imo ipsos  
aut alterutrum eorum ad extrema vita  
tempora in quietâ possessione ac usufru-  
ctu conservaturos. Porro post decessum ut-  
riusque ea omnia bona ad Tenetam Mo-  
scisensem pleno jure redibunt Juribus no-  
stris Regalibus Republica et Ecclesiarum  
Catholicarum salvo ibidem per omnia  
manentibus. In cujus rei fidem etc. Da-  
tum Varavia in Conventa Regni Gene-  
rali die sexta mensis Martij Anno Do-  
mini Millesimo Sexagesimo Regnorum  
nostrorum Polonia decimo tertio Suecia  
vero anno septimo.

Sigismundus Rex.

Item concessionis extruenda  
taberna molendini et stagni li-  
bidem Strickoni de magna Star-  
lamow approbatio.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod  
cum

cum Generosus Joannes Felix Herbult de  
 Julstin Vismensis Moscivensisque tenuta-  
 rius Secretarius noster quam amplissimis  
 redditibus bona tenuta Moscivensis augere  
 studeat, beneque de nobis ac Republica cum  
 multis alijs tum hoc etiam nomine suum  
 merendi studium ad posteritatem quoque  
 transmittere contendat Provido Strickoni de  
 Magna Harlamow in fundo ejusdem Mo-  
 scivensis tenuta in inferiore decursa flu-  
 vij Jamnicza tabernam et molendinum  
 extruere et stagnum seu pivinam confice-  
 re specialibus suis litteris permisit hoc o-  
 nere illi imposito ut viam publicam que  
 ex diversis civitatibus nominatim autem  
 Belca. Jaworowo versus Mosciska iter a-  
 liaque nonnulla canosa ac paladinosa loca  
 aggeribus munire pontem in predicto flu-  
 vio Jamnicza extractum, quos usus telesit  
 restaurare et ne a vicinis silva huic fundo  
 contigua vastentur invigilare necesse habe-  
 at

at. Supplicassetque nobis quidam Consiliariorum  
nostrorum, praedicti Hriczkonis nomine et assen-  
su nostro in eam ipsam Generosi Joannis Fe-  
licis Herbult assignationem et concessionem da-  
to eandem auctoritate nostra Regia approbare ra-  
tificare et confirmare dignaremur. Benignam  
rationem supplicationis Consiliariorum nostrorum  
habentes illudque animadvertens non nisi  
cum haud mediocri emolumentorum Reipub-  
licae accessione in futurum praefatam assi-  
gnationem et concessionem Generosi Joannis  
Felicis Herbult ratam et gratam habendam  
ipsamque auctoritate nostra Regia approban-  
dum ratificandum et confirmandum esse  
existimavimus hincque praesentibus ap-  
probamus ratificamus et confirmamus pra-  
nominatumque Hriczonem in quietam et paci-  
ficam possessione ac usufructu tabernae molenidini  
stagni seu piscinae, totiusque fundi, ipsius longi-  
tudine latitudine et circumferentia quibus  
a superius memorato Joanne Felice Herbult

assignatus

assignatus et circumscriptus est conuocamus  
 et relinquimus ipsumque cum omnibus ei  
 prius attinentijs pertinentijs commodis ue  
 tilitatibus obuentioribusque vel iam nunc  
 in eo sunt, vel in posterum humana industria  
 institui poterant, excolendum amplificandum  
 tenendum habendum possidendum ad extre  
 ma usque illius uita tempora damus et  
 conferimus. Libertatem insuper eidem Stri  
 koni ad decursum viginti annorum ab o  
 mnibus annibus, datijs, ac oneribus exceptis  
 superuis expressis, tribuimus. Expleto uero  
 eo tempore annuatim unam marcam Polo  
 nicalem annuis ratione ususfructus eorum  
 dem bonorum inferre, quam primumque ex  
 truerit tertiam de eodem omnis generis  
 frumentorum mensuram ad Mosauensem  
 curiam pendere tenebitur etque ascriptus  
 promittentes pro nobis et Serenissimis suc  
 cessoribus nostris uerbo nostro Regis neque  
 nos ipsos neque successores nostros dictam

Strikonem

Strickonem quo ad vixerit possessione eo-  
rum bonorum vel maxima quavis neces-  
sitate moturos, moverique a quoquam passuros,  
imo ipsum quamdiu superstes fuerit in pacifico  
eorum possessione conservaturos. Illo autem à vi-  
vis sublato, omnia ista bona ad Mosciscensem  
Tenutam pleno jure redibant. Juribus nostris  
Regalibus Republica et Ecclesiarum Catholica-  
rum salvo ibidem per omnia manentibus.  
In cujus rei fidem est Datum Varavia in Co-  
mitibus Regni nostri generalibus die sexta Mens-  
is Martij Anno Domini Millesimo Sexanti-  
simo Regnorum nostrorum Poloniae Decimo  
tertio Sueciae vero Anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Andreas Kolaczek in usu-  
cultetis in Lekarzewice con-  
servatur.

Sigismundus est Significamus est Qui-  
a nos ad intercessionem pro Nobili Andre-  
a Kolaczek apud nos factam faciendum est.

se nobis duximus ut ipsum in usu et  
 possessione scultetie in villa nostra Lekar-  
 zowia Palatinatus Brzestensis sita, conserva-  
 remus et relinqueremus, uti quidem conserva-  
 mus et relinquimus, presentibus hinc litter-  
 is nostris eandemque scultetiam cum o-  
 mnibus ipsius fructibus commodis, obven-  
 tionibus, proventibus redditibus, emolumenta-  
 tis, utilitatibus attinentisque et pertinenti-  
 is antiquitas eo spectare universis nullis pro-  
 vis exceptis neque pro quopiam alio reser-  
 vatis, prefato Nobili Andrea Wolaczek tenen-  
 dum habendum possidendum pacificeque et  
 quiete utifruendum damus atque conferi-  
 mus ad extrema usque vite sue tempora.  
 Promittimusque pro nobis et serenissimis suc-  
 cessoribus nostris non esse nos neque serenissi-  
 mos Successores nostros eam scultetiam  
 quidquam ne eo pertinens ulla ratione amo-  
 tuos, aut redempturos amovendine aut  
 redimendi

redimendi potestatem cupiam, facturos,  
quin ei integrum illorumque jus vitalitium  
conseruatueros. Et uero uita functo, non prius  
Dida uultetia ad nos dispositionemque  
nostram redibit quam Summa ibidem in-  
scripta uel ex legitima Commisariorum taxar-  
tione proueniunt successoribus illius persoluer-  
ta fuerit. Juribus nostris Regalibus Reipublice  
Ecclesieque Catholice ibidem per omnia ma-  
nentibus ualens. In cuius rei fidem esse Datum  
Varauiæ Die Sexta Mensis Martij Anno Domi-  
ni Millesimo Sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae Decimo tertio Sueuicæ uero anno  
Sexto.

Sigismundus Rex

Thomas Kolaczek in usu duo-  
rum cum medio manuum au-  
gri in uilla Mnichowce con-  
seruatur.

Sigismundus esse Significamus esse Quia  
nos ad intercessionem pro nobili Thomae

Kolaczek

Kolaczek apud nos factam faciendum nobis  
 esse duximus, ut ipsum in usu et possessione du-  
 orum cum medio mansorum agri in villa  
 Mnichovia Capitaneatus Bzestensis vite con-  
 servaremus et relinqueremus uti quidem con-  
 servamus et relinquimus presentibus hinc liti-  
 teris nostris eodemque duos agri cum medio  
 mansos una cum additamentis, prout pater  
 illius antiquitus vigore Privilegij Domini Si-  
 gismundi Augusti avunculi nostri desiderac-  
 tissimi in usu eorum pacificus existit posses-  
 sor cum omnibus eorum fructibus commodis  
 obventionibus proventibus redditibus emolue-  
 mentis utilitatibus adincentisq; pertinentijs et  
 antiquitus eo spectantibus universis nullis pro-  
 sus exceptis neque pro quopiam reservatis pre-  
 fato Nobili Thoma Kolaczek tenendum habendum  
 et possidendum pacifice et quiete utifruendam  
 Odamus atque conferimus ad extrema usque vi-  
 ta ipsius tempora. Promittimusque pro nobis  
 et Serenissimis Successoribus nostris non esse  
 nos

nos eodem agra mannos quidquamve eo perti-  
nens illa ratione amoturos aut redempturos  
amovendive aut redimendi potestatem cupiam  
facturos, quin ei totam integrum illorumque  
jus advitalitium conservaturos. Juribus nostris  
Regalibus Reipublica Ecclesiaque Catholica i-  
bidem manentibus salvo. In cujus rei fidem  
Datum Jaravia die sexta mensis Mar-  
tij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo  
Regnorum nostrorum polonia Decimo tertio  
Suecia vero anno septimo.

Sigismundus Rex.

Consensus exemendi villas Ba-  
kowie Tribuchowe et Rzepie-  
chow Joanni Felici Herbart da-  
tus est.

Sigismundus ed. Significamus ed.  
Cum Generosus Joannes Felix Herbarth  
Ode Fulstin eximia ad omnem virtutem in-  
dole et a natura praeeditus et ab honestissi-  
marum

marum liberalium disciplina conforma-  
 tus proclare jam de nobis meritus sit, tum  
 in domesticis nostris publicisque negotijs  
 navata sapientis opera cum laude fidei in  
 nos ingenij et industria singularis, tum in mi-  
 litaribus laboribus quibusvis periculis, pro glo-  
 ria nostraque dignitate alacriter aditis ac facili-  
 tatibus etiam suis induantur equestres turmae,  
 amore in nos ac in patriam liberaliter perfusis  
 ac sub ipsam etiam postremam nostram in-  
 hereditarium Regnum discessum legatione  
 ad Turcarum imperatorem publico bono con-  
 ficiendorum negotiorum publicorum eximio  
 ipsius studio, summaque dexteritate peracta,  
 quo ipsi ad eam bene de nobis patriaque me-  
 rendum contentionem quos de benefican-  
 tia nostra quasi stimulos adderemus fa-  
 ciendum nobis esse putavimus et ipsi  
 potentatem hoc nostro accedente consensu  
 faceremus villarum nostrarum Baz  
howa Tribuchowe et Rzepuchow in Galu-  
cinatu

tinata Russia existens de manibus Successorum  
quorumvis Generosa Itai

Dnicksa conjugis olim Generosi Stanislaui  
Stadnicki Castellani Sandecensis jus et  
interesse ad summas in ijs villis legitime  
inscriptas se habere pretendens redimendarum  
uti quidem presentibus litteris nostris eam  
ipsi potestatem facultatemque damus et con-  
ferimus. Posteaquam autem predicta villa  
legitimo modo ab eo redempta ac in pos-  
sionem suam vindicata fuerint, tum  
eas deinceps cum omnibus adinentijs  
ad eas spectantibus omnibus item earum  
reditibus, proventibus annuis, obventio-  
nibus et in genere utilitatibus univ-  
ersis que nunc sunt quove ac deinceps huc  
mana industria inveniri possunt, nullis  
penitus exceptis neque accipiam alteri re-  
servatis idem Generosus Joannes Felix  
Storborth de Fulsstin tenebit habebit et pos-  
sidebit ac ijs utifruetur ad extrema vita  
sua

sua tempora. Porro quartam Summa partem  
 ratione ad vitalitatis juxta constitutionum public  
 carum praescriptum nobis et Serenissimis Succes  
 soribus nostris condonare tenebitur. Promittimus  
 autem pro nobis et Serenissimis Successoribus no  
 stris non esse nos neque Serenissimos Successores  
 nostros praenominatarum villarum redimens  
 darum cuiquam alteri potestatem daturus aut  
 eas ab ipso ullo modo alienaturus quin imo et  
 ipsum Generosum Joannem Felicem Herbothe  
 in usu fructu et pacifica eorundem villarum pos  
 sessione conservaturus. Juribus ibidem nostris et  
 Reipublicae Ecclesiaeque Catholicae salvo manens  
 tibus. In cuius rei fidem esse Datum Varavia in  
 Comitibus Regni generalibus die septima mensis  
 Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo  
 Regnorum nostrorum Poloniae Decimo tertio Sa  
 viae vero anno Septimo.

Oblata litterarum super  
 Curiam vel Moyza dicto pro  
 Gabriele Junicki.  
 Sigismundus

Sigismundus esse Significamus esse Obla-  
tas esse ad Acta Cancellaria nostra litteras  
infrascriptas ex Actis Cancellaria nostra Magni  
Ducatus Lithuaniae Depromptas Sigilloque  
Magni Ducatus Lithuaniae obsignatas sup-  
plicatum nobis esse ut easdem suscipere et in  
Acta Cancellaria nostra inscribere mandare  
Dignaremur. Earum vero litterarum ea est que  
sequitur series. Sigismundus tertius Dei gratia  
Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae  
Prussiae Masoviae Samogitia Livoniaeque ad  
nec non Suecorum Gothorum Vandalorum-  
que hereditarius Rex. Significamus present-  
tibus litteris nostris quorum interest universis  
et singulis. Supplicatum nobis fuisse nomine  
et ex parte Nobilis Gabrielis Henicki Stipatoris  
nostri ut litteras infrascriptas in Actis Can-  
cellaria nostra Magni Ducatus Lithuaniae  
reperitas easdem ipsi autentica extrahere  
Dignaremur. Earum autem litterarum te-  
noris est ut sequitur. Sigismundus ter-  
tius

tui Dei gratia Rex Poloniae et Signifi-  
 camus et Quod cum Nobilis Gabriel Sienicki  
 et omnibus expeditionibus bellicis Domini  
 Stephani Regis Successoris nostris militans  
 eximiam operam Reipublice praestitisset ani-  
 mi magnitudine ac in omni militari munere,  
 alacritate fortitudineque singulari fortis ac  
 strenui viri nomen et famam consecutus es-  
 set, quod nobis sufficientibus testimonijs pro-  
 batum est ut deinceps in aula nostra in nu-  
 mero stipatorum nostrorum servitia sua  
 nobis summa fide studio et assiduitate ita  
 probasset ut gratia nostra omni ex parte di-  
 gnum se nobis ostendat. Facultatem autem do-  
 mesticam suam diuturnis istis servitijs  
 magno opere addivisset, faciendum nobis esse  
 duximus ad ejus supplicationem ut ipsi  
 in testificationem nostram erga viros hujus-  
 modi benevolentiam ac subsidium fortuna-  
 rum ipsius Curiam vel Moyza dictam  
 in Capitaneatu Pernaviensi villam una  
 cum

cum fundo Deserto Soiwa appellato ad  
preveni dispositioni nostre obnoxiam legi-  
timeque vacare in primis cum in possessio-  
ne dimidij unci Asta dicti et alteri dimidij  
unci Kodan nuncupati, atque tertij dimidij  
unci terra Piker appellati, nec non etiam  
quarti dimidij unci Kissa vocati, una et in  
portione certe terra quam olim quidam An-  
drius Silken tenuit reservando et relinquendo  
que omnia eidem a Magnifico Joanne Le-  
snowolski de Borij Castellano Fernensi Capi-  
taneo Fernensi collata et assignata fuerunt  
In juvavitium daremus et conferre-  
mus, uti quidem vupradictam Curiam Sell  
et fundum Desertum Soiwa nuncupate  
atque ea que iam ex collatione predicti  
Joannis Lesnowolski eisd possidet daremus  
et conferimus preventibus liberis nostris  
predicta omnia bona vupra expressa cum  
omnibus ad ea ex antiquo spectantibus

et

et pertinentibus omnibus itidem fructibus  
 redditibus censibus obventionibus utilitatibus  
 universis nullis penitus exceptis neque  
 que nobis aut accipiam reservatis predicto  
 Nobili Gabrieli Senicki Stipatori nostro et ex  
 jus conjugii Nobili Sophie Saputowskay conjunctim  
 et divivim in solidum tenere habere possidere  
 quiete et pacifice uti frui ad extrema vite eorum  
 vel ejus qui supervixerit tempora. Promittentes  
 verbo nostro Regio neque nos neque serenissimos  
 cesores nostros prefata bona quicquamve  
 ad ea pertinens ab eisdem conjugibus aut  
 moturos aut alienaturos amovendive aut alienandi  
 potestatem accipiam facturos sed ipse  
 integrum ac illorum jus ad vitalitium conservaturos  
 ac proutatum jus vero ad vitalitatis nomine  
 nulla alia onera predicti conjuges nobis et Reipublica  
 proutare tenebuntur quam ea atque cetera nobilitas  
 Livonica

victa

iuxta ordinationem in Livonia factam esse  
obligata. In cuius rei fidem esse <sup>3</sup> Data Cracovia  
Die Vigesima Septima Mensis Julij Anno Do-  
mini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo  
Quinto Regnorum nostrorum Polonia octavo  
Suetici Secundo Sigismundus Rex. Mathi-  
as Woyna Notarius, Cui igitur supplicationi  
uti iuxta benigne annuente praeinsertas lide-  
ras prout in Actis Cancellaria nostra repe-  
riuntur ex eisdem autentice ipsi extrahere  
mandavimus. In cuius rei fidem presentibus  
Sigilla nostra subimpresca. Data Varsovia  
Die octava mensis Martij Anno Domini  
Millesimo Sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Polonia decimo tertio Suecia vero Anno  
Septimo Mathias Woyna. Nos igitur sup-  
plicationi eidem benigne annuentes su-  
prascriptas Litteras suscipi et Actis Can-  
cellaria nostra inseri rescriptumque e jurum  
autenticum ex eisdem extrahi mandavimus  
mus

mus volentes ut robur suum obtineant;  
 In cujus rei fidem ead. Datum Varavia die  
 octava mensis Martij Anno Domini Mille-  
 simo Sexcentesimo Regnorum nostrorum  
 Polonia Decimo tertio Suecia vero Anno Sep-  
 ptimo.

Auctio Stemmatis Michaeli  
 Sandisregio.

Sigismundus ead. Significamus ead. Cui  
 ea est virtutis praestantia et aliena luce et  
 accensitis ornamentis minime indigeat, in-  
 terfuit tamen semper intereritque Reipubli-  
 ca eam quam maxime omnibus modis  
 ornare et illustrare. Quo enim majora honoru  
 ornamenta fuerint eo promptiora ad virtu-  
 tem studia et major fortium virorum mul-  
 tudo futura est si ejusmodi velut illuc  
 bris ad suscipienda praeclara facinora et  
 benemerendum de Republica incitentur.  
 Ita nimirum natura hominum compa-  
 rata

rata ut in id se facillime et studiosissime  
intendat unde aut utilitatis aut dignita-  
tis uberiores spes ostendi sentiat. Quare  
pro perpetuo nostro erga virtutem studio  
Generosum Michalem Sendzimir, optime

De virtute meritum, virtutis insignibus auge-  
re et deponere voluimus, quibus propriae  
industria partis non minus, imo vero justius  
gloriarum licebit, quam a maioribus ipsi relictis.  
Est enim claris natalibus in Regno nostro Po-  
lonia Czechovensi territorio editus, gente Polo-  
nia, ex qua tanquam ex aequo Trojani pluri-  
ma domi militiaeque clarissimi viri pro-  
dierunt. Horum ipse vestigijs insistens, nihil  
se illis inferiorem exhibet nam singulari-  
bus natura et ingenij dotibus ornatus nec  
que tamen ijs contentus, plurimis peregrina-  
tionibus obitis usu rerum conquisito na-  
turae dotes et ornamenta cumulare studuit  
unde multa industriae et singularis in re-  
bus bellicis peritia insignia edidit docu-  
menta

menta. Ceterum quod in alijs frequenter usu  
 venire solet, hoc et in hac gente Ostoici accidit  
 se videmus et partim immutatis partima-  
 bolitis antiquis gentilitijs nominibus nova  
 eaque varia nomina invenerit varietate pra-  
 diorum et villarum quae aliquando ejus  
 generis homines possederunt. Nam qui a  
 prima origine Ostogij deinde Sediborij pra-  
 terea Sedivogij vocabantur nunc etiam ab  
 antiquibus Sendimiri et Masdioni usur-  
 pantur. Quae in designandis gentibus et fa-  
 milijs nominum inartitudo cum nemini  
 probari possit, abolitis et oblitteratis alijs  
 nominibus volumus et mandamus tenore  
 praesentium praedictum Generosum Michael-  
 lem Sendimiri nunc dictum in posterum  
 ab omnibus perpetuo Sendivogium dici nun-  
 cupari insigniri. Quo nomine plurimi majores  
 ejus clarissimi viri et ultimus proavus sue  
 peniori memoria adhuc vocabatur se dicet  
 ut

ut eorum nomen ferat quorum in omni ge-  
nere laudis virtutes magno studio emulari  
desiderat, sed quo clariora habeat tum inter  
nostros homines tum apud externas quoque na-  
tiones benevolentiae nostrae monumenta vir-  
tutis vero suae ornamenta stemma etiam e-  
jus gentilitium augendum et exornandum  
duximus. Vetus gentis Stoica insigne est, gla-  
dius in sauto rubro, inter duos crescentes luna  
semi-orbes, cum galea coronata equestri, ex  
qua draco pectore tenus eminet gladiumque  
et semilunularum orbes cum igne exhalat, quod  
ita nos graphice magis et in speciem elegan-  
tius concinavimus ut descriptioni quatuor  
partes per diametrum sauto primam partem  
superiorem lateris dextri in campo ru-  
bro semilunares orbes cum gladio obtineant,  
alteram partem superiorem lateris sinistri,  
draco niger in campo aureo pedibus gla-  
diis continens et flammam arhelans ha-  
beat

beat. In inferiori vero parte lateris dextri si-  
 militer draco in latere sinistro, semilunula cum  
 gladio in campo itidem rubro grata varietate  
 alternante collocantur. Desuper duo galeae, co-  
 ronatae, ex quarum altera draco medius ignes  
 anhelans et gladio minax ex altera crescentis  
 luna orbis inter duas hastas eminebunt, la-  
 cinijs hinc inde nigri et aurei coloris, propen-  
 dentibus et utraq; scuti latera contingentis pro-  
 ut hic tota ejus stemmatis forma depicta cer-  
 nitur. Hoc itaque nobis descripto pulcherrimo  
 majorumque virtutis invigni jam dein-  
 ceptis perpetuis temporibus et ipse ac univer-  
 sa ejus familia in omnibus tam privati-  
 tis quam publicis actionibus aulicis, horti-  
 tudinis in consignandis Praepositis hydrographis  
 utetur, et posteris haeredes successoresve ab eo  
 alijsque omnibus ejus familia legitime  
 procreati, aut procreandi utentur, sine  
 impedimento et reprehensione cujus-  
 quam

quam. Quod universis et singulis cuiusvis  
status ordinis et conditionis tam Magistratus  
publicaque officia obeuntibus, quam privatis  
quorum interest ad notitiam deducimus at-  
que mandamus ut predictum Generosum  
Michaellem Sendivovium his a maioribus  
relictis, a nobis vero exornatis, virtutis cau-  
sa insignibus, privatim et publice libere uti  
ti permittant quin imo etiam singulariter  
ejus industriam virtutemque multis pra-  
claris argumentis, spectatam foveant,  
promoveant omnique genere ornamen-  
torum ac honoris afficiant et prosequan-  
tur. Quod etsi optimum quatenus pro  
offitio et gratia nostra facturam confidi-  
mus si quis tamen contumelia causa,  
alio quam Sendivovij nomine, eum ap-  
pellare presumpserit aut his ejus insi-  
gnibus obrectare voluerit, ei nos quatuor  
millia Ducatorum auri puri mulctam  
irrogamus

irrogamus. Cujus partem dimidiam fisco no-  
stro Regio reliquam vero ipsi cui impropria-  
tum detractum et obtretatum fuerit irresi-  
nibiliter adjudicamus. In quorum omni-  
um fidem et evidentium testimonium pra-  
sentes manu nostra subscripsimus et sigillo  
Regni nostri consignari mandavimus. Datum  
Varavia in Comitibus Regni nostri generali-  
bus die octava Mensis Martij Anno Domi-  
ni millesimo Sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae Tredecimo Suetii anno  
Septimo. Presentibus Reverendissimis et  
Reverendis in Christo Patribus Dominis  
Joanne Demetrio Solikowski Archiepisco-  
po Leopoliensi Joanne Jarnowski Poz-  
naniensi Andrea Baranowski Ploanski  
Bernhardo Maciejowski Lucorisiensi Lau-  
rentio Goslicki Przemislensi Petro Thilic-  
ki Culmensi et Regni Poloniae Vice Can-  
cellario Paulo Wolucki Carniencensi E-  
piscopi

piscopis. Nec non Magnificis Venerabilibus et  
Generosis Nicolao Firley De Dambrowica Cracovien-  
si et nove civitatis Koczyn Polonensique Ste-  
ronimo Gostomski De Lutzenia Poznaniensi Sen-  
domiriensique Christophoro Radziwill Duam  
Dubniki et Birze Vilnensi et Magni Ducatus  
Lithvanie exercituum generali. Georgio Ethni-  
szek De magna Kunizia Sandomiriensi Leo-  
polensi Samboriensique Marco Sobieski Lubli-  
nensi Stanislawo Krasinski Plocensi Hieronimo  
Paris Mazovia Georgio Farenbachio Vending  
et Nobilitatis Livonia militia profecto Palati-  
nis et Capitaneis Sigismundo Myszkow-  
ski Marchioni a Marow Poiniansi Petroco-  
viensique Capitaneis Petro Myszka Polthynia  
Joanne Radzimirski Cernensi Janussio Za-  
lawski Podlachia Stanislawo Dzialiniski  
Elbingensi Andrea Firley De Dambrowica  
Radominski Joanne Gsowski Zawichostensi  
Kopzienski Gorensique Capitaneis Ni-  
colao Glesnicki Malogostensi Andrea War-  
sicki

siki Varuoviensi Francisco Krasinski Cze-  
 chonoviensi Castellano Christophoro Mon-  
 tid Dorostaiski Magni Ducatus Lithuania  
 Marchaleo Joanne Zamoycki de Zamoyca  
 Supremo Cancellario et exercituum Regni  
 Generali nec non Zelzensi Krischinensi  
 Derpatensi Marienburgensi Capitaneo  
 Leone Sapaha Cancellario Slonimensi  
 Marcoviensi Capitaneo Gabriele Woy-  
 na Vice Cancellario Magni Ducatus Li-  
 thuania Joanne Firley de Dambrowica  
 Regni nostri Thesaurario Lublinensi  
 Capitaneo Laurentio Gembeki Pra-  
 posito Cracoviensi Regni nostri majore  
 Secretario Mathia Piotkowski Proposito  
 Lancicivensi Canonico Cracoviensi  
 Curie Regni Eustachio Polowicz Cano-  
 nico Vilnensi et Curie Magni Duca-  
 tus Lithuaniae Referendarijs Andrea  
Opalnicki

Opatnicki De Brin Proposito Rocensi  
Henrico Firley de Dambrowica Schola  
stia Cracoviensi Simone Rudnicki Cu  
stode Gnieznensi Floriano Krosnowski  
Cantore Gnieznensi Secretarijs nostris et  
alijs quam plurimis Dignitarijs officiali  
bus et aulicis nostris atque omnium ter  
rarum Regni Manijs ad praesentem  
Conventum Regni nostri generalem con  
gregatis circa praemissa existentibus sin  
cere et fideliter nobis Dilectis.

Sigismundus Rex.

Datus est consensus Si  
meoni et Tackoni Radzic  
kiem ad cedendum de scuti  
tetia in villa Radzic filijs  
suis.

Sigismundus ead Significamus ead  
Consensisse et permisisse nos conventio  
req  
p

reque et permittere presentibus liberis no-  
 stris Honesti Simeoni et Tackoni Radzi-  
 kum ut possint et valeant de omni et in-  
 tegro jure suo ad vitalitio quod illis pro  
 sorte cuiquam sua super Sultetiam  
 in villa nostra Radzie in praefectura Sam-  
 borumsi siddam competit Simko quidem  
 Twano Tacko vero Luce sive Luckae  
 filijs suis legitimis coram quibuscunque  
 authenticis Actis cedere illudque in  
 personas illorum transfundere et trans-  
 ferre. Quae quidem cessione juriusque trans-  
 fusio posteaquam peracta et recognita  
 fuerit nos et Serenissimi Successores no-  
 stri illam ratam habituri sumus ve-  
 let eam que hoc nostro convenu ante-  
 cedente peragetur ejusque cessionis vigo-  
 re memorati Twan et Lucka Radzicki  
 Sultetia praedicta in villa Radzie po-  
 tiantur ipsamque cum omnibus

et singulis suis fundis Duobus agri la-  
neis et particula Obzar dicta taberna  
molendino frumentario et alio folereque  
vocato tum et emolumentis ac fructibus  
ex eis provenientibus atque universis  
censibus datijs fructibus commodis et  
pertinentijs quocumque ex antiquo ad  
dictam Sultetiam spectant nulli exce-  
ptis tenebunt habebunt possidebunt ipsi  
que utentur et fruuntur integre quiete et  
pacifice quilibet eorum pro sorte et inter-  
esse suo ad extrema usque vitae tem-  
pora. Promittentes pro nobis et serenissi-  
mi Successoribus nostris non esse nos  
supranominatos Ivanum et Lucam  
Radzickie ullam ob causam sive ne-  
cessitatem a possessione et usu dictae  
Sultetiae amotores aut redempturos  
nemini que ejus rei faciendae potesta-  
tem duros imo salvum et inte-  
grum

grum uiv Ad vitalitatem ipsius cui libet  
in sorte sua conservaturos. Juribus et pen-  
sionibus nostris Regalibus et Reipublice  
ibidem per omnia manentibus valis.

In cuius rei fidem esse Datum Varaviae  
Die Septima Mensis Martij Anno Domi-  
ni Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
nostrorum Poloniae tredecimo Sueviae  
vero anno Septimo

Sigismundus Rex.

Conservatio Andreae et Proco-  
pii Lukotinskich in pos-  
sessione Advocatiae in  
Villa Borchi ad vic-  
timum.

Sigismundus esse significamus esse  
Conservasse Nos conservareque pra-  
sentibus litteris nostris Honestos An-  
dream et Procopium Lukotinski  
filios

filios legitimos Honesti Jaci Lukotinski  
in usu et possessione pacifica Advocacie  
in villa nostra Borechi in prefectura no-  
stra Samboricensi videlicet ita quod predicti  
Andreas et Procopius Lukotinski fra-  
tres germani villam ipsam Borechi cum  
Advocacia sive scultetia ibidem ita vi-  
gore preventis Privilegij nostri cum o-  
mnibus et singulis eorum bonorum fun-  
dis agris pratis pasuis colonis taber-  
na molendino frumentario et travabili  
solus vocato et emolumentis ex inde  
provenientibus aliisque universis eo-  
rum bonorum adinentijs fructibus  
proventibus commodis et pertinentijs  
ad dictam villam et scultetiam ex  
antiquo spectantibus nullis peni-  
tus exceptis quemadmodum ea ipsa  
bona Ivan et Andreas Metenczy-  
kowie priores eorum possessores vi-  
gore

55.

gore privilegij nostri tenebant idem quo-  
que fratres tenebunt habebunt posside-  
bunt atque ipsi utentur ac fruuntur inter  
gre quiete et pacifice quilibet eorum  
pro sorte et interesse suo ad extrema us-  
que vite sue tempora. Promittimus  
que pro nobis et Serenissimis Succes-  
soribus nostris Regibus Poloniæ verbo  
nostro Regis non esse nos prænomena-  
to Andream et Procopium Lukotin-  
skia a possessione et usu dicte ville  
et culticie suarumque pertinentiarum  
et proventuum amotos aut redem-  
pturos etiam si ardua quævis nostra et  
Reipublice necessitas id ipsum exposce-  
ret, neminique ejus rei faciende facult-  
tatem daturus quin imo ipsos in pa-  
cifico usu et quietâ possessione dictorum  
bonorum suarumque pertinentiarum  
et proventuum una cum Serenissi-  
mis

mis Successoribus nostris conservaturos. Ita tamen quod uno eorum extincto ejus demortui pars et sors utriusque autem mortuis tota et integra bona ad nostram dispositionem redibunt non prius tamen Successores eorum scilicet commemorato usu et possessione condescendere debent donec Summa pecuniaria in ea scilicet in scripta vel in ejus defedu et Commisariorum taxa proveniens ipsis plenarie persoluta fuerit. Juribus nostris Regalibus et Reipublice in bonis supranominatis semper salvo manentibus. In cuius rei fidem est Datum Varaviae in Comitibus Regni generalibus die octava Mensis Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Regnorum nostrorum Poloniae tridecimo Sueciae vero Anno

M. tu A.  
Transakcyi  
brakui

no Septimo

Sigismundus Rex

Sigismundus esse significamus esse  
Conservasse nos conservareque presentibus  
liberis nostris Nobilem Joannem Ty-

szowski

szowski filium Vaskonis Tyszowski in usu  
 et possessione pacifica Advocatus sive Sultetia  
 in villa nostra Tyszowica ad praefaturam Lam-  
 boruensem pertinens villa quam quidem  
 Sultetiam vigore privilegij originalis cum  
 tribus agris laneis et praeterea sortibus agro-  
 rum Obsari dictis quae antiquitus ad eam  
 Sultetiam pertinent taberna molendinis  
 duobus in rivulo Tyszowica constructis et  
 emolumentis ex inde provenientibus la-  
 boribus seu obsequijs colonorum vulgo  
 thuki tum et datijs seu strenis Sulteto de-  
 bitis et consuetis hortulanis et inquilinis  
 alijsque omnibus pertinentijs fructibus  
 et emolumentis ad ipsam Sultetiam  
 ex antiquo spectantibus idem Ioan Tys-  
 zowski una cum consorte sua legiti-  
 ma Helena in solidum conjunctim quo  
 ad ambo vixerint et divisim alter eo-  
 rum superstes post alterius decessum  
tenebit

Tyszowski

tenebit habebit possidebit ipsaque utetur et  
fructus integre quiete et pacifice ad extrema  
usque vite sue tempora. Promittentes pro no-  
bis et Serenissimis Successoribus nostris Ple-  
nia Regibus non esse nos dictam scultetiam  
vel quidpiam eo pertinens a possessione et  
usu ipsorum conjugum amoturos aut re-  
empturos neque movendi aut redimendi  
potestatem cupiamus daturus, quin imo  
salvum et integrum eis ad vitalitum  
ipsis et eorum alteri superstiti in eadem  
scultetia et suis pertinentijs et fructibus  
conservaturos. Post decessum vero dicto-  
rum conjugum non prius Successores eo-  
rum decessere debebunt donec summa  
pensionaria ex ipsa scultetia prove-  
nire ipsis persoluta fuerit. Juribus  
et pensionibus nostris ad curiam Lam-  
borum debitis et consuetis ac Reip-  
ublice legibus ibidem valis. In vi-  
jus

ius rei fidem esse Datum Varaviae in Consi-  
lijs generalibus die Decima mensis Martij  
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Regno-  
rum nostrorum Poloniae tridecimo Suae ve-

ro anno Septimo  
Sigmundus Rex.

Tomas et Andreas Se-  
rowcowic in possessione  
medietatis Advocatis  
villa Siedlec conser-  
vantur.

Sigmundus esse significamus esse  
Quia nos ad intercessionem certorum Con-  
siliariorum nomine Honestorum Thoma  
et Andrea filiorum Alberti Serowie medi-  
etatis Advocatis villa nostra Siedlec  
in terra Sieradiensi villa possessores  
apud nos factam, eodem in usum  
possessione eius Advocatis pro sor-  
te

te et interesse illorum conservandū et relin-  
quendū esse duximus prout conservamus  
et relinquimus presentibus atque cupimus  
majorem gratiam nostram eidem Scultetis  
Declarare etiam redimendū medietatis Advoca-  
tiae in eadem villa sicut de manibus mo-  
derati illius possessoris et Successorum o-  
lim Stanislai Turowie justis pecuniarum  
summis ibidem legitime inveni-  
entibus vel ex taxa Commissariorum pro-  
venientibus facultatem illis damus et  
concedimus, Quam quidem Advocatiae  
praefatae medietatem quam primum  
redemerit vel jure vindicaverint extunc  
illam integram in omnibus agris pro-  
prietatis pertinentijs commodis et utilitati-  
bus universis et singulis nullis exceptis  
pro nobisve aut alio quopiam reservatis  
ita prout ab antecessoribus eorum pos-  
sidebatur

Videbatur ydem Thomas Andream fra-  
 tres Jarowice quilibet eorum pro sorte  
 et interesse suo tenebunt habebunt et  
 possidebunt quiete et pacifice ea utentur  
 fruuntur ad extrema vite sue tempora.  
 Promittimusque pro nobis et serenissimis  
 Successoribus nostris non esse nos unquam  
 et Successores nostros eos ipsos Thomam  
 et Andream Jarowice ab usu et possessio-  
 ne ejus Advocacie quo ad superstitis fue-  
 rint amoturos vel eam de manibus eo-  
 rum redempturos neque etiam alteri  
 cuiquam potestatem ejus rei facturos  
 aut permissores etiam si vel gravissi-  
 ma quevis nostra et Reipublice ne-  
 cessitas postularet, quin saluum et  
 integrum utrisque jus ad vitalitium  
 pro sorte utriusque illorum conserva-  
 turus, Juribus nostris Legalibus Leip-  
 sice

blice et Ecclesie Catholice, nec non sum-  
mis ibidem inscriptis vel ex taxa Com-  
missariorum legitime provenientibus  
manentibus salvo. In cuius rei fidem  
est Datum Baravie die Decima Men-  
sis Martij Anno Domini Millesimo Sex-  
centesimo Regnorum nostrorum Sclonie  
tridecimo Suevie vero Anno Septimo.

Sigismundus Rex etc.

Legitimatia Nicolai  
Krupani.

Sigismundus est Sigificamus est  
Jeamov Nicolaus dictus Krupa ci-  
vis Ploarnis ex thoro illegitimo natus  
et susceptus esse dicitur ac propterea  
nomini et existimationi juribusque  
ejus non parum deidere videatur  
verum quoniam non ejus culpa id fa-  
ctum esse manifestum sit, cumque vir-  
tutum.

tatum que legitimis et bonis Decet stu-  
 diorum esse et honeste sese gerere constat.  
 Nos ad intercessionem Consiliariorum  
 nostrorum ex gratia et auctoritate no-  
 stra Regia indulgendum ipsi duximus  
 et indulgemus presentibus ita quod  
 omnem procreationis maculam abster-  
 gimus et tollimus, ceteraque omnia  
 que ipsi quoque modo propterea obici  
 possant, severitate juris Saxonici hac in  
 re non obstante abrogamus et abolemus  
 ipsam ex illegitimo legitimam, ex inha-  
 bili habilem faciend[am] et pronuncian[dam]  
 ac omnium et singulorum jurium Do-  
 nationum legationum, quorumvis bo-  
 norum mobilium et immobilium capa-  
 cem reddendam. Decernimus etiam in-  
 ipsum ubivis locorum tam in Jurijs  
 quam extra Jurdicia publica et priva-  
 tim

tim a quibuscunque hominibus prole-  
gitimo haberi et reputari, ac ad omnia mu-  
nia officia et studia artesque admitti de-  
bere ac de bonis rebusque suis omnibus,  
libere componere et disponere. Quod qui-  
dem indultum nostrum non volumus  
ad ipsam verum etiam ad posterita-  
tem suam modo ex iustis et legitimis  
nuptijs procreata fuerit, referri, omnibus-  
que ijs quibus legitimi gaudent et fruun-  
tur iuribus et libertatibus frui et gaude-  
re volumus ac ad quaevis studia artem-  
que honestas cuiuscunque generis edi-  
scendas gradusque adipiscendos habi-  
lem auctoritate nostra facimus et esse vo-  
lumus. Quod in universum omnibus et  
singulis cuiuscunque illi status conditio-  
nis dignitatis et praeminentiae fuerint  
ad notitiam deducantes mandamus et  
praenominatum Nicolaum Krupa ci-  
vem

uem Florentem pro legitimo habeant, et re-  
 putent, ipsi etque ac posteritatem ipsius  
 ad omnia et singula eorum que legitimis tribu-  
 i solent jura libertatis prerogativas gra-  
 dus admittant, nec ipsi ac posteritati illi-  
 us, ullam notam infamiam ortus et nata-  
 lum obicere audeant idque sub pena mil-  
 le florenorum quorum medietas fisco nostro  
 altera vero parti conquerenti cedet. In  
 quorum omnium fidem esse Datum Par-  
 uisuri in conventu Regni generali die deci-  
 ma mensis Martij Anno Domini Millevi-  
 mo Sexcentesimo Regnorum nostrorum  
 Poloniae tricesimo Sueviae vero Anno Septi-  
 mo.

Sigismundus Rex.

Legitimitas Alberti  
 Marekum.

Sigismundus etc. Significamus etc.  
 Cum

Cum hominibus in lucem editis ac pro-  
creatis illud quod natura eis denegavit  
beneficium legis ac clementia principis  
subplere plerumque consueverit. Ideo  
quod vitium parentum non autem cul-  
pa natorum hunc defectum et notam  
turpidinis adferat. Propterea cum cel-  
berus Marek Civis Radomienis ex-  
tra legitimam torum progenitum uejus  
virtus et mores a plerisque commendan-  
tur ejusmodi notam iniustam ad re-  
cte beneque instituentem vitam magnum  
impedimentum haberet, supplicatum  
nobis esse pro eo ut jure et prerogati-  
vis legitime natorum ipsum donare et  
omnem illegitimitatis et procreatio-  
nis maculam auctoritate nostra Re-  
gia aboleri et abstergere dignaremur,  
faciendum id ipsum esse duximus  
facimusque praeventibus litteris no-

istius eamque labem ex natiuitate contractam  
 tam detergimus ac illum legitimorem iure  
 donamus, atque ex plenitudine potestatis  
 nostrae legitimum creamus et edicimus  
 et pro legitimo ubique locorum haberi auctori  
 et reputari volumus non secus ac si legiti-  
 mo toto juxta ritum Sanctae Romanae  
 Ecclesiae natus esset eumque Albertum  
 Marek capacem et habilem facimus  
 et pronunciamus ad omnia iura li-  
 bertatis, prerogativas iuris Magdebur-  
 gensis quibus alij incole civitatem  
 gaudent, nec non honores Magistratus  
 officia publica et privata civilia ad-  
 mittimus praesentibus liberis nostris.  
 Quare omnibus in universum subdi-  
 tis nostris cuiuscumque status sexus  
 conditionis ac praeminentiae existens  
 serio mandamus et praenominatum  
 Albertum Marek pro legitimo habe-  
 ant

ant reputent ac vident eumque in om-  
nibus non solum publicis verum etiam  
privatis locis actionibusque pro legiti-  
mo haberi reputari ac censi faciant,  
atque honoribus juribus privilegijs digni-  
tatibus magistratibus officijs civilibus  
quocunque nomine vocentur et que pro  
conditione illius sunt, frui et gaudere  
permitti curent, quibus alij ex legitimis  
thonis nati fruuntur et gaudent nul-  
lisque detractionibus ejus nativita-  
tem aut suorum liberorum lacepere  
et exprobrare audeant. Pro gratia nostra  
et sub pena trigine marcarum argen-  
ti irremissibiliter arario nostro per-  
solvent. In cujus rei fidem cedit Datum  
Varaviae die decima mensis Martij  
Anno Domini Milleesimo Sexcentesimo  
Regnorum nostrorum Poloniae tre-  
decimo

Decimo Suecicæ octo anno Septimo.

Sigismundus Rex

Approbatio concessio-  
nis fundi in Laboriskie  
Alberto Pradzynski

Sigismundus eisdem Significamus eisdem  
Quod cum Generosus Mathias Zalniski  
Castellanus Gedanensis Tucholienvis Tol-  
kmisensisque noster Capitaneus bona no-  
stra Capitaneatus Tucholienvis ad melio-  
rem conditionem redigere proventusque  
illius augere cupiens fundum desertum  
ac incultum in bonis dicti Capitanea-  
tus videlicet in Laboriskie ad excolendum  
et uti fruendum concessisset atque inden-  
dinum duarum rotarum ibidem constru-  
ere permisisset nonnullaque ad hoc ad-  
iunxisset Nobili Alberto Pradzinski sub  
censu annuo inferui expresso ex pre-  
missis

miseri annuatim pendi debito. Supplican-  
tumque nobis ut dictam Generosi Castella-  
ni Gedanensis Tucholienensis Tolkmithensisque  
Capitanei predicto Alberto Tradzinski ejus  
fundi assignationem atque extruendi mo-  
lendini permissionem auctoritate nostra  
Regia approbare et confirmare dignare-  
mur. Eius porro fundi iuxta litteras pra-  
dicti Generosi Castellani Gedanensis no-  
bis autentice reproductas talis est descri-  
ptio. Dumetum seu spatium ad rivum  
ex lacu Parzina dicto in Zabonkie de-  
currentem praeter ea loca virgultis obsi-  
ta in tribus campis, ita ut in uno quo-  
que campo horum trium quindecim  
morgos obtineat atque prata ibidem  
ad lacum Parzina nuncupatum ha-  
beat inter agros seu spatium hoc ei  
assignatum, nec non tres morgos pra-  
torum apud gluchii wielkie dicto  
etque

71

idque ratione rationis molitionis frumen-  
torum in predicto molendino futura, ob  
frequentiam molendinorum in ipso loco  
consistentium, possideat, preterea ut libera  
pascua pro pecoribus et pecudibus suis  
in sylvis nostris ibidem vicinis nec non ca-  
piarum ibidem habeat. Ad haec pisces par-  
vo rethim dicto lacu in usus proprios ca-  
piat nec non cervisiam quater per annum  
in usus proprios per duas tannas biaret, te-  
neatur autem ex eo molendino et bonis  
predictis sibi assignatis unam lastam vi-  
lignis mensura Tscholeensis singulis an-  
nis pro festo sancti Martini ad arcam no-  
stram Tscholensem reddere a terinis au-  
tem sive decipula angularum florenos  
duos. Hoc predictae supplicationi uti ius-  
tae benigne annuente eam fundi de-  
scripti ad extirpandum et molendi-  
num extruendum a Generoso Castel-  
lano

lano Gedanensi Nobili Alberto Pradzinski  
assignationem praemissorumque bonorum  
ac libertatum cum annuo annuo inde  
proveniente quantum de jure est confir-  
mandum nobis esse duximus prout  
approbamus et confirmamus praeven-  
tibus liberis nostris ipsamque Nobilem  
Albertum Pradzinski in possessione ac us-  
u bonorum praemissorum nostro et vere-  
nissimorum Successorum nostrorum  
nomine relinquimus et conservamus  
ad extrema vitae ipsius tempora. Post de-  
cessum vero illius non prius ejus molen-  
dini possessio ad nos Serenissimosque  
Successores nostros redibit, quam Summa  
per ipsum in reparationem illius ex-  
posita iuxta Commissionarium nostro-  
rum taxationem seu estimationem  
Successoribus illius integre peroluta  
fuerit. In cuius rei fidem est Datum  
Kraevae

Varaviae in Comitibus Regni generalibus die  
 Decima Mensis Martij Anno Domini Mil-  
 lesimo Sexcentesimo Regnorum Nostorum  
 Poloniae decimo tertio Sueviae vero septimo.

Sigismundus Rex.

Confirmatio Privilegij  
 Sigismundi primi super  
 Advocatiam oppidii  
 Grabow.

Sigismundus etc. Significamus etc.  
 Oblatas et productas nobis fuisse no-  
 mine Honestorum Simonis Rospierka  
 Pauli Kawel Christophori Koleoczik Se-  
 bastiani Wille possessorum moderno-  
 rum Advocatie sive scultetie in  
 suburbio oppidi nostri Grabow in  
 terra Calisvansi siddi lilleras par-  
 gameneas infra scriptas Domini  
 Sigismundi Augusti Regis avunculi

li et predecessoris nostri sigillo Regni  
majore appenso et manus propriae sub-  
scriptione Magnifici olim Joannis Czerski  
Regni Canallarij meritis salvas integras  
omnique suspitionis vitio carere continens  
in se privilegium per Dominum Sigis-  
mundum primum Regem avum et an-  
tecessorem nostrum super scultetiam  
superius expressam in locum amissi o-  
riginalis protunc ejus scultetie posesso-  
ris datum supplicatumque est nobis ut  
illas auctoritate nostra Regia approbare  
et confirmare dignaremur, quarum tenor  
de verbo ad verbum eo quo sequitur or-  
dine descriptus est talis. In nomine Do-  
mini Amen. Ad perpetuam rei memo-  
riam Nos Sigismundus Dei gratia Rex  
Polonie magnus dux lithuanie nec non  
terrarum Cracovie Sandornicie Siiradia  
Lancicie Cujavie Ruscie Prusie Mavo-  
vie

sue, Culmensis Elbingensis Pomeraniceque  
 esse Dominus et heres. Significamus tenore  
 presentium quibus expedit universis  
 presentibus et futuris harum notitiam ha-  
 bituris, quia cum exposuissent coram no-  
 bis Proventus Nicolaus Kalezkowski Stani-  
 slaus Lipi, Fabianus Rospierski et Mathias  
 Skoczek Sulteti nostri Suburbij nostri Gra-  
 bow in terra Calisiensi sicut Quod privile-  
 gium ipsorum sultetie nescitur quo ca-  
 sa fortuito esset deperditum supplica-  
 sentque ut illis aliud privilegium no-  
 vum super ipsam eorum sultetiam da-  
 re et concedere dignareretur. Nos hujus-  
 modi supplicationibus annuendo ar-  
 tioresque facti per Generalem Francis-  
 cum Rusocki Notarium nostrum quem  
 ad inquirendum de adinentijs Sul-  
 tetie predictae ex curia nostra mis-

ramus

ramus. Antecessores scultetorum super  
ruis expressorum ab immemorabili tem-  
pore in pacifica et quieta possessione et  
usu libero dictae Scultetiae extitisse et du-  
os mannos una cum pratis eadem Sculte-  
tia predicta possedisse de consensu Con-  
siliariorum nostrorum praevenit privile-  
gium illis dandum et concedendum  
duximus damusque et concedimus. Per  
memoratos scultetos et successores ipso-  
rum legitimos dictam Scultetiam vi-  
gore praesentis privilegij nostri illis  
concessi cum omni jure dominio et pro-  
prietate ac cum duobus mannis agrorum  
et pratis praedictis nec non omnibus fructi-  
bus proventibus pertinentijs et obventio-  
nibus ad eandem Scultetiam ab anti-  
quo spectantibus et pertinentibus  
quibuscumque nominibus nunquam  
tamen nullis exclusionibus in quorum usu

et

et possessione ipsorum praedecessores Sulteti fuerint, tenere, habere, uti fruere, quiete, que possident, ac de nostro Successorum, que nostrorum consensu dandum, donandum, vendendum, alienandum, resignandum, commutandum et prout ipsi Sultetis et eorum Successoribus melius erit, huiusque videbitur convertendum. Quis quidem Sulteti et eorum Successores praedicti tenebantur tres festones pecuniae quot annis nobis ad arcam nostram Graebouensem solvere et in uno aequo ad spatium unius millaris ab arca servitium prestare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lionkovie in Conventione generali die Dominico proximo ante Festum Sanctorum Iuliani et Sebastiani Martyrum Anno Domini Millesimo

simo quingentesimo vigeſimo ſavo Re-  
gni vero noſtri anno vigeſimo primo Preſentibus  
Reverendiſſimo et Reverendis in Chriſto  
Patribus Dominis Joanne de Laſko Archiepiſ-  
copo Ineznensi legato nato et Primate Petro  
Thomycki Cracoviensi et Regni noſtri Vice  
Canellario Mathia Wladislaviensi, Joanne  
Poznanienſi Andrea Knieſki Ploaenſi et Joanne  
Karnkowiſki Premisliensi Episcopis. Nec non  
Magnificis Venerabilibus et Generosis Chri-  
ſtophoro de Szydłowicz Castellano et Ca-  
pitaneo Cracoviensi Generali ac Regni noſtri  
Canellario Andrea de Thenczin Cracoviensi  
ſi Ołda de Chóderz Sandomiriensi Andrea  
de Oporow Brzeſtensi Joanne de Oporow  
Junior Wladislaviensi Joanne Comite  
de Tarnow Ruſſia et exercituum Regni  
noſtri Capiteo Joanne Boſotnickide  
Oleſnica Lublinensi et Andrea de Ni-  
ſczyce Ploaenſi Palatinis Luca de Gorka  
Poznanienſi

Posnaniensi et Capitaneo majoris Polonia  
 Nicolao De Szydłowicz Sandomiriensi et Re-  
 gni nostri Thesaurario Castellanis Joanne  
 Chociński Archidiacono Nicolao Zamoski  
 Proposito Jarnoviensi Canonicis Cracoviensi-  
 sibus Secretarijs nostris Martino Lborowski  
 Pinaria Regni nostri ceterisque quamplu-  
 rimis Dignitarijs Officialibus et Audiis no-  
 stris testibus ad promissa fidedignis. Datum  
 per manus Reverendi in Christo Patris Do-  
 mini Petri Episcopi Cracoviensis et Regni  
 nostri Vice Cancellarij sincere nobis dilecti.  
 Petrus Episcopus et Vice Cancellarius et  
 ejusdem Reverendi in Christo Patris Domi-  
 ni Petri Episcopi Cracoviensis et Regni no-  
 stri Vice Cancellarij. Nos itaque supplica-  
 tioni praedicta benigne annuendo praein-  
 sertas litteras approbandam confirman-  
 dam et ratificandam esse duximus  
 uti quidem hinc praeventibus litteris no-  
 stris

stris in omnibus et virgulis earum pun-  
ctis clausulis et conditionibus quantum  
juris rationes sinunt approbamus con-  
firmamus et ratificamus Mandante  
moderno Graboviumi Capitaneo et pro  
tempore existenti aliisque officialibus  
ne ipsos scultetos ad insolita onera pre-  
terea ad quae ex praescripto liberarum  
suarum suprainventarum, tenentur cogat,  
In cuius rei fidem esse Datum Varaviae  
Die Decima mensis Martij Anno Domi-  
ni Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
nostrorum Poloniae Decimo tertio Sue-  
viae vero anno Septimo in Comitibus  
Sigmundus Rex  
Kaiawer Moyza Cai-  
sparo Wolski et Hedvigi  
Olszewska Datur ad vi-  
tam.

Sigmundus

Siquis mirandus eum significamus eum  
 Quomodum antea Nobili Casparo  
 Wolski qui et in oppugnatione Plescovie  
 et in providio postea Derpatensi operam  
 suam Serenissimo antecessori nostro no-  
 bisque navavit, inter alios pro eo Illu-  
 stri ac Magnifico Joanne de Larnoszce  
 Supremo Regni Cancellario et Generali  
 Exercituum Helzen, Marienburgene, Kri-  
 schinen, et Derpatensi Capitaneo ac  
 pro jure suo in Capitaneatu Derpa-  
 tensi bonisque illius consistenti bona  
 quaedam in eadem Derpatensi Prefectura  
 Kajawer Moyza cum omnibus pertinen-  
 tijs in usum fractum ad extrema vite ejus  
 tempora concesseramus, ita nunc etiam  
 ipsius Conjugi Nobili Hedvigi Olszewska  
 in bonis commemoratis Kajawer Moy-  
 za omnibusque eorum adinventijs vi-  
mile

mili. jus ad vitalitium cum marito in  
solidum concedimus. Quae quidem bo-  
na praedicta illi tenebunt et possidebunt  
quamdiu vixerint cum omnibus eo-  
rum commodis fructibus emolumentis  
pertinentijs ac adimentijs nullis ex-  
ceptis, nec quicquam omnino ad The-  
saurum utrumque nostram tam Co-  
loniam quam Lithuaniam nomine  
fructuum et reddituum eorum bono-  
rum inferent aut solvent cum huic o-  
neri minutoria bona et constitutionum  
publicarum praescripto non esse subjecta  
videantur, militiam tantum ut alij Li-  
tones bello ingruente obibunt. Proinde  
musque pro nobis et serenissimis Succes-  
soribus nostris viventibus memoratis,  
Casparo Wolski et uxore ejus non esse ex-  
os nos et successores nostros bonorum in-  
storum possessione ac usufructu ut  
lem

lam ob causam necessitatemve aut no-  
 stram aut publicam privatos neque  
 privandi cuiquam facultatem facturos,  
 verum conservatos in ea possessione ad  
 vitam illorum cujuslibet extrema tempora.  
 Juribus tamen nostris in bonis illis sal-  
 vis et integris manentibus. In cujus rei  
 fidem eundem Hasse manu nostra subscrip-  
 tas Regni et Magni Ducatus Lithuaniae  
 sigillis muniri mandavimus. Datum  
 Varaviae in Conventu Regni genera-  
 li die duodecima Mensis Martij Anno  
 Domini Millesimo Sexcentesimo Re-  
 gnorum nostrorum Poloniae tredecimo  
 Sueviae vero septimo  
 Sigismundus Rex.

Consensus ad cedendum  
 de Scultetia villa Kli-  
 nucz in personam An-  
 Dreae

Ordre Komarnicki.

Sigismundus cum Significamus cum  
Concessisse nos concedereque preven-  
tibus ut Nobiles Thnati Fred-  
kowie et Theodori Hiaszkowicz Succes-  
sores sueltetie villes nostre Klinice di-  
cte in confinibus Ungarie sita ad Ca-  
pitaneatum nostrum Samborivensem  
pertinent possesores possint toto et in-  
tegro jure suo quodcumque illos ad ean-  
dem sueltetiam competit adere, illud-  
que in personam Nobilis Andrea Ko-  
marnicki cui eandem villam deso-  
latam Klinice dictam Magnificus  
Georgius Mniszek de Magna Kunzia  
Palatinus Sandomirivensis Leopoliem-  
sis Samborivensisque noster Capitaneus  
ad meliorem statum rediendi propter  
augmentum proventuum Capita-  
neatus

neatus illius concessit, transfundere.  
 Quae quidem cetero posteaquam coram  
 actis quibusvis authenticiis debitum  
 sortita fuerit effectum, eam ratam gra-  
 tam firmamque habendam dictam sed-  
 tetiam cum rivalis Krzemionka dicto,  
 omnibusque utilitatibus proventibus  
 redditibus emolumentis commodis  
 durum laboribus censibus obventionibus,  
 datis que nunc sunt, et in posterum  
 humana industria inveniri poterunt,  
 adimentis que et pertinentijs antiqui-  
 tatis eo spectantibus, universis nullis  
 prorsus exceptis neque pro quepiam  
 alio reservatis, sed ita prorsus quem-  
 admodum a primis possessoribus pos-  
 sessa sunt prefato Nobili Andrea Ko-  
 marnicki tenendum habendum possi-  
 dendum pacificeque et quiete utifruen-  
 dum damus et conferimus ad extre-  
 ma

ma usque vita ipsius tempora. Pro-  
mittimusque pro nobis et serenissimis  
Successoribus nostris, quod quamdiu pre-  
nominatus Andreas Komarnicki vixe-  
rit non esse nos dictam sueltetiam quic-  
quamve ad eam pertinentem de manibus  
illius amotos, alienatos, amovendos  
aut alienandi potestatem accipiam  
daturos, quin totam et integramque  
ipsis conservabimus serenissimique  
Successores nostri conservabunt, post  
mortem vero illius non prius dicta sul-  
tetia ad nos dispositionemque nostram  
redibit quam Summa pecuniaria lide-  
ris originalibus inscripta, vel si in-  
scripta non est, ex taxatione Commissa-  
riorum nostrorum legitime proveniens  
Successoribus illius peroluta fuerit. Turi-  
bus nostris Regalibus salvis ibidem  
manentibus. In cuius rei fidem pre-  
sentes

ventes ead[em] Datum Parvaue in Comitib[us] Le-  
g[ati] generalibus die Duodecima mensis  
Martij Anno Domini Millesimo Sexantesi-  
mo Regnorum nostrorum Poloniae trede-  
cimo Sueciae vero anno septimo.

Sigismundus Rex.

Approbatio venditionis  
censuum redemptionalium  
Hospitali Oppidi Gostini-  
nini.

Sigismundus ead[em] significamus ead[em]  
Concessos et attributos esse non nullos  
census Ecclesiasticos redemptionales  
piorum hominum Christi Fidelium lar-  
gitione et elemosyna in usum et ali-  
moniam sacerdoti et aegris pauperi-  
busque Xenodochij et Hospitalis Op-  
pidi nostri Gostinin in bonis civilibus  
pro summa originali duentorum  
quatuor florenorum per triginta gros-

nos computatorum pecunia Polonica  
a certis civibus Gostinensibus absque  
consensu nostro emptos et comparatos  
quorum perceptione ad presens ejus  
hospitales sacerdotes et pauperes alen-  
tur et sustentantur. Quae propter que  
stabiliores et fundationes sint et in suo rigore  
permaneant. Venerabilis Stanislaus Trebinski  
Parochus et Praesul Consulesque ejusdem Ep-  
ipidi Gostinini uti provisores illius Xenodochij per  
certos Consiliarios nostros nobis supplicarunt  
ut easdem fundationes obligationes pro venien-  
dis et emendis annibus profatis quacunque  
forma et stylo editas atque recognitas ap-  
probare et confirmare easque ratas et firmas  
habere dignaremur. Nos cum de pio Christi  
fidelium et proprio in sustentationem ho-  
minum & gentium sacerdotis que illorum  
affectu profectum esse intelligamus, sup-  
plicationi huic uti in re justa et aequa  
benigne

benigne annuendo easdem obligationes et reco-  
 gnitiones super eos census spirituales quocun-  
 que modo et ratione antea factas approbans  
 dum et confirmandum esse duximus prout  
 auctoritate nostra Regia in omnibus eorum  
 punctis, clausulis et conditionibus non ve-  
 cius ac si hic de verbo ad verbum inserta ef-  
 sent et antecedente nostro consensu facta  
 confirmamus et approbamus praeventibus  
 liberis nostris volens ut robur debitum obti-  
 neant, Porro eos census juri et immunitati  
 Ecclesiae adscribimus et incorporamus, ita  
 ut pro eorum perceptione et repetitione  
 ad forum Iudicis Ecclesiastici vel etiam  
 alterius competentis semper habeatur re-  
 currens. Oneribus nostris Republicae et Ci-  
 vilibus in eisdem bonis censibus supra-  
 scriptis obligatis salvo manentibus. In  
 cuius rei fidem esse Datum Varsoviae die  
 Duodecima Mensis Martij Anno Domini

ni Millesimo Sexagesimo, Regnorum nostro-  
rum Polonie tredecimo Sueciae vero anno se-  
ptimo.

Sigismundus Rex  
Bona Konarij Rudniki  
et Zawada Hieronymo  
Paris et Sophia Zielenska  
conjugibus iure advita-  
li conferuntur.

Sigismundus eisdem Significamus cum  
Cum Magnificus Hieronymus Pa-  
ris Palatinus Mazoviae a nobis peti-  
set ut simile jus advitalitium quale  
Generosa Sophia Zielenska conjunx  
sua habet ad bona nostra villas vi-  
delicet Konarij Rudniki et Zawada  
in Palatinatu Siadziwsi et Capi-  
taneatu Olsztynensi illi conferremus  
atque ea essent ipsius Magnifici Pala-  
tini

91

tini Mazoviae majorumque suorum eique  
praedecessores nostros nosque ipsos et Rem-  
publicam merita Domi militiaeque ab  
illis praestita ut maxima earum ratio  
semper haberi Debeat nos quoque hoc illis  
tribuere voluisse et cum magnificentiae et li-  
beralitate nostra Regiae participem fa-  
ceremus. Quare cum ob ipsius Palatini  
singularis animi Dotes et merita tam  
quod De nobis et Republica optime mere-  
ri etiam nunc non praetermittat com-  
memorata bona Komarij Quedniki et Za-  
wada cum omnibus ad ea pertinentijs  
fundis agris cultis et incultis sylvis  
pratibus parvis piscinis lacubus fluvijs  
molendinis tabernis Scultetijs subditis  
hortulanis et quibusvis in genere fructi-  
bus et emolumentis nullis prorsus ex-  
ceptis alet pro nobis et Successoribus

nostris

nostris reservatis eidem Magnifico Hierony-  
mo Baris Palatino Mazoviae una cum  
Generosa Sophia Zielinska conjugis sua  
in solidam ad extrema utriusque vel alter-  
uis qui superstes fuerit vite tempora cen-  
serimus et concedimus et quidem ita ut  
nihil proventus nobis vel Successoribus nostris  
aut ad Thesaurum nostrum nomine frue-  
tuum et proventuum eorum bonorum  
solvere alet numerare teneantur. Quar-  
tam solummodo partem Reipublicae  
debitam iuxta praescriptam Constitutio-  
nem publicarum Rerum quotannis  
suo tempore inferrent tres vero nobis  
debitas illis quo ad vixerint vel alter-  
eorum vixerit condonamus et remitti-  
mus. Promittentes pro nobis et serenif-  
simis Successoribus nostris non esse  
nos Successores nostros eos ipsos  
conjuges

93

conjuges quo ad in humanis extiterint  
bonorum praedictorum possessione ac usu-  
fructu ullam ob causam necessitate mor-  
alit nostram aut publicam quantum-  
vis gravissimam privatos neque al-  
teri cuiquam privandi facultatem per-  
missuros et concessuros verum conser-  
vatos potius eos et eorum quemlibet  
ad extremum vite terminum in illorum  
quieta possessione. Juribus nostris Regali-  
bus Republicae et Ecclesiae Catholicae  
salvis per omnia manentibus. In aequo  
rei fidem esse Datum Varaviae die  
duodecima mensis Martij Anno Do-  
mini Millesimo Sexcentesimo Regno-  
rum nostrorum Poloniae tredecimo  
Sueviae vero anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Datus est consensus Ni-

colao

colao Socha ad ceden-  
dum De Advocatis in  
villa Dupice in personam  
Joannis Lamoycki et  
Catharinae Conjugum.

Sigismundus cum Significamus  
Concessisse et permisisse nos concedere  
que et permittere presentibus libens

nostris Nobili Nicolao Socha ut possit  
et valeat de jure suo ad vitalitio

nec non summis super Advocatis  
seu vultetis in villa Nostra Dupice

et in oppido Brzeznic in Districtu

Radomiansi habito Nobilibus Joanni

Lamoycki atque Catharina Sulmi-  
nowska conjugibus cedere ac conde-

vendere. Que quidem apud atque juris  
condesensio posteaquam coram qui-

bus auctoritate Regni nostri Actis Authen-  
ticis

ticus facta fuerit eam nos ratam et gratam  
 habituri sumus ut pote quo mediante con-  
 sensu nostro peragetur. Ratione cuius cessi-  
 onis ac iuristransfusionis idem Nobilis Jo-  
 annes Zamoycki atque Catharina Sulimow-  
 ska conjuges dictas Advocatias cum omni-  
 bus et singulis adinentijs pertinentijs com-  
 modis utilitatibus ad eandem ex antiquo  
 spectantibus tenebunt habebunt ac posside-  
 bunt eisque uti fruentur in solidum ad ex-  
 tremam vite tempora. Promittentes nostro et  
 serenissimorum Successorum nostrorum  
 nomine quamdiu predicti Nobiles Joan-  
 nes Zamoycki et Catharina Sulimow-  
 ska conjuges vixerint vel post decessum u-  
 nius alter eorum vixerit non esse nos eos  
 Idem a possessione et usu dictarum Advoo-  
 catiarum seu sultetiarum exempturos  
 aut alienaturos neque eximend[um] aut alie-  
 nandi

nandi cuiquam potestatem facturos —  
quin potius eodem in quieta possessione  
ac integro usu earum Advocatiarum quo  
ad vixerint conservabimus Serenissimi-  
que Successores nostri conservabunt. Post  
decesum vero dictorum conjugum non  
prius earum Advocatiarum possessio ad  
nos Serenissimosque Successores nostros re-  
dibit quam summa ibidem legitime in-  
scripta vel ex Commissariorum taxatio-  
ne proveniens successoribus illorum in-  
tegre peroluta fuerit. Jussibus nostris Re-  
galibus etc. In cujus rei fidem etc. Datum  
Paraviae die Duodecima Mensis Martij  
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo  
Regnorum nostrorum Poloniae tridecimo  
Sueciae vero anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Fundus undecim cum me-

dis

Dio uncorum in villa Ar  
 dzel jure perpetuo Bar-  
 tholomaeo Ostromecki da-  
 tur.

In nomine Domini Amen; Ad perpetua-  
 am rei memoriam Nos Sigismundus etc  
 Significamus etc Cum id semper ope-  
 ram Dederimus ut quorum praclara  
 aliqua in nos ac Rempublicam Regni  
 nostri merita essent in eadem clementia  
 nostra Regia quascunque tempus et oc-  
 casio nobis offeret significationes libenter  
 ederemus inter eos Generosum Bartho-  
 lomaeum Ostromecki benignitate nostra  
 Regia vel imprimis prosequendum no-  
 bis vivum esse. Primo insignem hic ope-  
 ram in omnibus expeditionibus Mo-  
 shovitias Di memoriae Decepsori nostro  
 Stephano Regi navavit. Cum enim a-  
 tij

lij plerique manu tantum contra ho-  
stem pugnarent, hic non solum manu for-  
tis et strenuus sed ingenio etiam atque  
artificis quodam rei tormentarie adju-  
tus cum in alijs expeditionibus tum ma-  
xime Mescoviensibus ut hosti plurimum  
Detrimenti addidit, ita Reipublice utilem  
inprimis se prestitit. Armamentario inde  
Livonico ab eodem De memoria Decapone no-  
stro prefectus fundoque undecim cum me-  
dio uncorum in villa Adzel, et territorio  
Lvinensi sito jure feudi a nobis vero eti-  
am unius unci, cum quatuor colonis  
in villa Kzomica Districtu Lvinensi  
ad vitam Donatus in presentibus hinc  
Regni nostri Comitibus partim ob superio-  
ra merita sua partim quod in munere  
hoc prefecture armamentarij ita se  
tradet ut summam in eo fidem, at-  
que diligentiam nobis ac Reipublice  
præstat

praestet ab omnibus Regni nostri Magnique  
 Ducatus Lithuania Ordinibus dignus  
 iudicatus est, quam supra memorata bo-  
 na non solum feudi et ad vitalitio ve-  
 rum proprio etiam atque hereditario ju-  
 re possideret. Itaque cum omnes tam Re-  
 gri quam magni Ducatus Lithuaniae  
 Nuncijs in Comitibus hinc praesentes in ple-  
 num Senatus nostri convenum ad nos ve-  
 nissent pater Generosum Joannem Suro-  
 szowski Notarium terrestrem Leopoliem-  
 sem ut commemorata bona perpetuo  
 hereditario jure, et dem Generoso Bartho-  
 lomeo Ostromecki conferremus petissent  
 ad eorumque petitionem Senatus etiam  
 am universus praesens convenumque  
 suum adjunxisset maxime autem Illu-  
 stris et Magnificus Joannes de Za-  
 morzui Regni nostri Cancellarius et  
 exercituum nec non Belzensis Marian-  
 burgensis

burgensis Derpatensis Knischinensis Kū-  
dzirzecensis Jaworowūnensis cū Prefectus,  
ut sub ejus imperio et ducta praeteram  
is operam Reipublicae praestitisset. Cum  
ipsum Ostromeum tam merita ejus pu-  
blica diligentissime commendasset amplifi-  
cūmque virtutis ac meritorum testimo-  
nium ei praeberet, nos cum suprame-  
morati Bartholomaei Ostromecki merito-  
rum tam universae Reipublicae conven-  
sus benignam rationem habentes su-  
pramemorata bona fundum nimirum  
undecim cum medio uncorum in villa  
Adzel in Territorio Lwinensi sū et u-  
num cum quatuor colonis in villa  
Krzewica ita quemadmodum hactenus  
ea possedit et nunc possidet, jure heredi-  
tario benigne eidem atque utriusque  
vesus posteris ipsius dandum confe-  
rendumq̄

rendumque duximus quem ad modum qui-  
 dem presentibus hinc presentium Co-  
 mitiorum atque universa Reipublice  
 auctoritate, supra memorata bona cum  
 omnibus eorundem predijs colonis syl-  
 vis borris censibus laboribus piscationi-  
 bus venditionibus omnibusque in uni-  
 versam redditibus, proventibus perti-  
 nentijs et adinentijs cumque omni-  
 bus commoditatibus et utilitatibus que  
 vel nunc in iisdem bonis sunt, vel in po-  
 steram cujuscuque industria institui ex-  
 cogitareque in ijs poterant, nullis pe-  
 nitus exceptis, aut exapiendis ita ne ge-  
 neralitas specialitati vel econtra ali-  
 qua in re deroget intra eos fines qui-  
 bus antiquitus quam latissime com-  
 prehensa fuerunt, illeque hactenus ea pos-  
 sedit, ab ipso legitimisque utriusque re-  
dux

usus posteris ipsius jure proprietario, et ha-  
reditario tenenda possidenda cum facultate  
pro arbitrio et commodo eorum vine  
speciali consensu nostro, aut successorum  
nostrorum de ijs disponere alienare  
inque usus suos pro beneplacito suo  
convertere domus concedimus conferrimus  
temporibus perpetuis et in aevum. Mayo-  
ris fidei causa hac manu nostra sub-  
scripsimus sigillisque Regni nostri et  
Magni Ducatus Lithoaniae obsignari  
mandavimus. Datum in Conventione  
Regni generali Paraviae die duodeci-  
ma Mensis Martij Anno Domini Mille-  
simo sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae tredecimo Sueviae vero anno  
septimo. Praesentibus Reverendissimis et  
Reverendis in Christo Patribus Domi-  
ni Joanne Demetrio Solikowski Archi-  
episcopo Leopoliensi Joanne Tarnow-  
ski

ski Posnaniensi Alberto Baranowski Plo-  
 ensi Bernhardo Maciejowski Lucconiensi, Lauren-  
 tio Goslicki Premislensi Petro Tylicki Culmensi  
 et Regni Poloniae Vice Cancellario, Stanisla-  
 o Gornicki Chelmensi, Paulo Wotucki Carne-  
 necensi, Episcopis. Nec non Magnificis Vene-  
 rabilibus et Generosis Nicolao Firley De Dambro-  
 wica Cracoviensi et Nova Civitate Korzin Pol-  
 snensique Hieronymo Gostomski De Lezenice  
 Posnaniensi Sandomiriensi que Christophoro  
 Radziwil Duce in Dubinki et Bierze Polnensi  
 et Magni Ducatus Lithuaniae Exercituum ge-  
 nerali Georgio Mniszek De Magna Kenczia  
 Sandomiriensi que Leopoliensi Samborien-  
 si que Chodkiewicz Castellano Pol-  
 nensi, Andrea Leszczynski Brzesteni Ce-  
 jawiensi Stanislao Golski Lodowic Barensi-  
 que Marco Sobieski Lublinski Stanisla-  
 o Krasinski Ploensi Hieronymo Paris Mazo-  
 viae Nicolas Dzulencki Culmensi Geor-  
 gio

gio Farenbach Vendensi et Nobilitatis  
Livonica in militia profecto Palatinus et  
Capitaneis, Sigismundo Myszkowski a Mi-  
row Marchione Woynicuensi Petricouensique  
Capitaneis Petro Myszka Wolhynia Joanne  
Radzimirski Cernensi Janusio Zaslau-  
ski Podlachia Stanislas Dzialinski Elbin-  
gensi Gregorio Sangusko Kozerski Brada-  
uensi Andrea Firley de Dambrowica Lado-  
mansi Joanne Bpowski Lawichostensi  
Lopezianensique Gorenensique Nicolao Ole-  
snicki Malogostensi Georgio Strusi Halicem-  
si Francisco Krasinski Ciechanouensi Ca-  
stellanis, Christophoro Mondoid Dorostay-  
ski Magni Ducatus Lithuanie Mar-  
schalco Joanne Zamoycki de Zamo-  
szue Supremo Canallario et Exercituum  
Regni generali Nec non Belzensi Ma-  
rienburgensi Derputensi Knischynensi  
Capitaneis

Capitaneo Leone Sapitha Canellario  
 Koninensi, Markovianus, Capitaneo Gabriele  
 Wajna Pica Canellario Magni Ducatus  
 Lithuanie Joanne Firley De Dambrowica  
 Rni nostri Thesaurario Lublinensi Ca-  
 pitaneo Laurentio Gembicki Praeposito  
 Cracoviensi Regni nostri Majore Secreta-  
 rio Mathia Strokoniski Praeposito Lan-  
 cianensi Canonico Cracoviensi Curia Re-  
 gni, Eustachio Wotowicz Canonico Silen-  
 si et Magni Ducatus Lithuanie Referen-  
 dario Andrea Opalenski De Brin Praepo-  
 sito Ploensi Henrico Firley De Dambro-  
 wica Scholastico Cracoviensi Simone Lu-  
 dnicki Custode Ineznensi Scholastico Lan-  
 cianensi Floriano Krosnowski Cantore  
 Ineznensi Secretarijs nostris, et alijs qua  
 plurimis Dignitarijs et Officialibus et  
 Aulicis nostris atque omnium terra-  
 rum

rum Regni nuncijs ad presentem Conven-  
tum Regni Generalem congregatis cir-  
ca premissa existentibus Sincere et Fide-  
liter nobis Dilectis.

Sigismundus Rex

Datus est consensus Si-  
gismundo Thomaszewski  
ad cedendum de certa parte  
agri Ostrowice dicta villa  
Kornice Gorskie.

Sigismundus ad significamus ad  
quod cum Nobilis Sigismundus Thoma-  
szewski ita postulantis rationibus  
suis induisset in animum toto et inte-  
gro jure suo quodcumque ipsi ad certam  
agri partem vulgo Ostrowice seu Za-  
sianek dictam villa Kornice Capita-  
neatus nostri Losiceni contiguum  
cedere, illudque in personam Nobilis  
Gorski

Gorki transfundere. Supplicationemque  
 nobis esset ipsius nomine ut id con-  
 sensu nostro accedente facere ipsi lic-  
 eat, Ei supplicationi benigne annuen-  
 do, faciendum nobis esse putavimus,  
 ut ad eam executionem rite peragendam  
 consensum nostrum sequi prebere-  
 mus uti quidem prebemus presentibus  
 litteris nostris, atque posteaquam ea assisio  
 apud acta quecumque authentica de-  
 bitum suum sortita fuerit effectum il-  
 lam ratam firmamque habentes eidem  
 Nobili Gorki agrum prefatum  
 vulgo Ostro dictum seu Zascianek  
 dictum damus et conferimus cum om-  
 nibus utilitatibus fructibus proven-  
 tibus redditibus emolumentis adinen-  
 tijsque et pertinentijs antiquitus co-  
 spectant

spectantibus universis nulli prorsus ex-  
ceptis neque pro quopiam alio reversionis  
sed ita quemadmodum a primis posses-  
soribus possessus fuit tenendum haben-  
dum possidendum pacificeque et quiete  
utfruendum ad extrema usque vitæ va-  
tempora. Promittimusque pro nobis et se-  
renissimis Successoribus nostris non esse  
nos fundum prædictum quicquam ve-  
o pertinens, ab eodem Juris ulla ratione  
amoturos aut alienaturos amovendive  
aut alienandi potestatem cuiquam fa-  
cturos, quin autem integrum illesumque  
jus vitalitium conservaturos. Quar-  
tam tamen redclitum partem jux-  
ta Constitutionum præscriptam quot-  
annis pendere tenebitur alijs quoque  
juribus nostris et Reipublicæ salvis i-  
bidem

eadem manentibus. In cuius rei fidem est  
 Datum Cracoviae Die Decima tertia Men-  
 sis Martij Anno Domini Millesimo Sexan-  
 tesimo in Comitibus Regni Generalibus Re-  
 gnum nostrorum Poloniae tredecimo Sa-  
 eulae vero Anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Confirmatio liberarum  
 Martino Pytel super mo-  
 lendarum in villa Kre-  
 czow.

Sigismundus est significamus est  
 Oblatas nobis fuisse nomine Honesti  
 Martini Pytel Possessoris moderni molin-  
 Odini sive ipsius tertie mensura in villa  
 nostra Kreczow in Palatinatu Cracovien-  
 si in rivulo Brzeznicza inter villam Kre-  
 czow et Terawa setto liberarum pergamen-  
 earum infra scriptas. Domini Sigismundi  
 primi

primi Regis avi et predecessoris nostri Si-  
gillo Regni majore appenso et manus pro-  
priae subscriptione Reverendi in Christola-  
tis Domini Mathae Episcopi Tremislien-  
sis et Regni Cancellarij munitas sanas  
salvas integras omnique suspitionis vi-  
tio carentes continens in se conveniam  
super venditionem dicti Molendini pro  
summa in originali expressa Provido  
olim Joanni Sadlo antecessori suo da-  
tum et praeterea binas litteras papy-  
reas ex Actis Advocati et Scabiorum com-  
munitatis ejusdem ville Krzecow de-  
scriptas continentes in se resignationem  
dicti Molendini in personam memorati  
olim Joannis Sadlo factam cum qui-  
tatione de percepta et levata summa  
dicta molendini alteras quoque ex eiv-  
dem Actis continentes in se concessi-  
onem

III

onem De convenue p<sup>re</sup> memori<sup>e</sup> serenif-  
sime Bone Regine Polonie Ave nostre  
arti agri de annuo annuo quinque maris  
Polonie ad hoc idem molendinum concessi  
sigillo ejusdem ville communiter designa-  
tasque supplicatumque est nobis ut illas  
auctoritate nostra Regia approbare et con-  
firmare dignaremur. Quorum tenor de  
verbo ad verbum eo qui sequitur tenore  
descriptus est talis. Siquis mundus Dei  
gratia Rex Polonie Magnus Dux Li-  
thovani<sup>e</sup> Russie Prusie que est Domi-  
nus et haeres. Significamus tenore preventium  
quibus expedit universis. Quomodo supplicat  
tionibus certorum Consiliariorum nostrorum  
pro Nobilibus Casper et Stanislas fratribus mo-  
lendarioribus in villa Nostra Kieczow nostra  
Majestati porrectis permoti ipsius molendi-  
num prefatum in Kieczow in terra Cra-  
coviansi solum alias tertiam mensur-  
ram

ram ejusdem Provido Joanni Sadlo de Po-  
brzezie pro Summa pauuariarum in Privile-  
gio originali dicti molendini expressa vendere  
consensimus et admisimus, summam tamen  
Capitalem non augendo convenimusque et  
admittimus presentibus per ipsum Joannem  
et suos legitimos Successores molendinum  
prefatum alias tertiam mensuram ejus-  
dem juxta vim et continentiam Privilegij  
originalis desuper juste et legitime emanati,  
tenendum habendum et fruendum pacifi-  
ceque et quiete possidendum Juribus nostris  
salvis. Harum quibus sigillum nostrum est  
sub appensum testimonio litterarum. Da-  
tum Lovnania feria quinta ante festum  
Sanctissima et Individua Trinitatis  
proxima Anno Domini Millesimo Quin-  
gentesimo Tredecimo Mille D. Episco-  
pus et Comes spt Sultio Levereni  
Di

Codi in Christo Patris Domini Mathia Episco-  
 pi Tremisliensis et Regni Poloniae Cancellar-  
 rij. In nomine Domini Amen Anno Domi-  
 ni Millesimo Quingentesimo vigesimo se-  
 cundo Calendis Januarij Decima quarta co-  
 ram nobis harrito in Treditio Advocato Sta-  
 nislas septem Scabinis juratis videlicet Ni-  
 colao Gabala Luca Andrea Duch Joa-  
 ne Wrobel Martino Cholewa Stanislas Can-  
 tor Clementi Wrobel veniunt ad nostram  
 presentiam Nobilis Stanislaus Podlaski  
 hares molendini Kruczoviensis recogno-  
 vit se vendidisse pro quadraginta mar-  
 cis pecunie communis in Regno cur-  
 rentis molendinum careng in fluvio di-  
 cto Brzeznicia juxta aggerem et pisci-  
 nam cum toto jure et dominio atque o-  
 mnibus proprietatibus et pertinentijs  
 videlicet agris et pratis cum agro qui  
paat.

jacet sub Myslikowia inter hereditate Kze-  
czow parte ex una et Lizawa partibus  
ex altera in longitudine a prato usque ad  
granicius Lazowskie pratum primum  
superuis piscinam alium in Zalesie ter-  
tium Lakiutki et cum alijs agris que  
dicuntur alias Katki, et cum hortis, pas-  
cuibus tam longe tam late prout sunt in  
suis metis et graniciibus dimensurate  
et ablimitate antiquitas. Et cum omni-  
bus proventibus de eodem molendino  
proventibus cum privilegio ad id  
molendinum spectante nihil penitus  
excludendo nec aliquid pro se ipso et  
suis Successoribus ibidem reservando pro-  
ut soli tenuerunt habuerunt ac posside-  
bant. Ad quod Iudicium veniens perso-  
naliter Joannes Sado da Wilenia  
una cum tutore suo legitimo Alexio  
pradictam

Summam ut supra introscriptam et integraliter persolvit. Et sic Laboriosus Johannes Sadlo de Podbrzezia predictum molendinum potest vendere commutare alienare donare et in usus beneficiorum convertere prout ipse et eorum successores melius et utilius expedire videbitur convertere et in totum cederunt perpetue et in eum ramo viridi resignaverunt et se perpetue abrenunciaverunt.

Recognoscentes se recepisse realiter et cum effectu levasse prefatam summam. Quibus superscriptum est testibus illis videlicet Nobilibus Petri Izdebski procuratoris nunc existentis nec non Nobilibus Domini Jacobi Sudo Anno et Die quo supra Johannes De Bochnia civis et publicus.

Anno Domini Millesimo Quingentesimo

Quadragesimo

Quadragesimo nono feria quinta ante  
festum Sancti Andreæ Apostoli. Dozwo-  
lenia ię w ułmożności Krolowej starey  
Bony y z rozkazania Urodzonego Pana  
Stanistawa Plazy, za Szlachetnego Pana  
Jana Zarzeckiego Urzędnika na ten czas  
będącego w Krzezowie stato się, iest przy-  
Chorow cum suis omnibus fundis agris pra-  
tis tabernis molendinis sylvis stagnis univer-  
sisque et singulis adimentis pertinentiis ac  
prerogativis quibusvis, nullis penitus exceptis,  
sed ut antiquitus eidem sunt, annexa, et in suis  
limitibus continenter tenebant habebant et  
possidebunt, eaque quiete et pacifice utifuen-  
ter, ad vite amboam vel uno extindo al-  
terius superviventis extrema tempora. Promit-  
timusque verbo nostro Regio pro nobis et se-  
renissimis Successoribus nostris Regibus Po-  
lonia

lonie quod quamdiu suprascripti conjuges  
 ambo vel altero defuncto alteruter in vivis  
 extiterit non esse nec predictam villam, vel  
 quidpiam eo pertinetis ab ipsis alienatos,  
 aut amovendi potestatem cupiam daturus.  
 Sed semper ipsis integrum et illorum jus ad vita-  
 litiam conservaturos, Quartam vero partem  
 proventuum Ravam quolibet anno conferre,  
 juxta Constitutiones Regni debebant, reliquos  
 vero proventus pro usu suo convertent. Iuris  
 bus nostris Regalibus Republice Ecclesiarum  
 que Catholicarum salvis ibidem manentibus.  
 In cujus rei fidem ed. Datum Varchavie die  
 vigesima Secunda Mensis Martij Anno Do-  
 mini Millesimo Sexcentesimo Regnorum no-  
 strorum Polonie tredecimo Suevie vero Anno se-  
 ptimo.

Sigismundus Rex.

Consensus Andrea Leszcyn-  
 ski datus ad cedendum Sculte-  
 tia

tia villa Kurzyrna et fundo  
Jarocin Petro Fulkowski et So-  
phia conjugibus.

Sigismundus etc. Significamus etc.  
Consensisse nos et permisisse consentireque  
et permittere presentibus litteris nostris  
Magnifico Andrea Leszczyński de Leszno  
Palatino Brzewnensi Cujaviensi ut possit et  
valeat quando cunque et coram quibuscunque  
modo authenticis Regni nostri Actis de omni et  
integro jure suo ad vitalitio illi super bonis  
scultetialibus in villa Kurzyrna et fundo de-  
serto dicto Jarocin ac annexa ferraria in flu-  
vio Tarnero sive in Capitaneatu Sendomiri-  
ensi consistere servare in Personam Nobiliam Pe-  
tri Fulkowski et Sophiæ grabska conjugum  
cedere et condescendere illudque omne ac inte-  
grum jus suum ad vitalitium in personas eo-  
rundem conjugum transfundere et transferre  
Qua quidem cessio jurisque transmissio po-  
stequam

steaquam legitime suum restita fuerit effectum  
 eam nos ratam et gratam habituri sumus,  
 uti eam que consensu nostro precedente percu-  
 gelur. Cujus quidem cesionis vigore prænominati  
 Nobiles Petrus Fulkowski et Sophia Grabka  
 conjuges bona supranominata cum omnibus  
 eorundem bonorum adimentis et pertinentiis  
 nec non cum omnibus agris pratis campis  
 sylvis, gais, nemoribus, pasuis, piscinis, sta-  
 gnis, lacubus, molendinis, censibus, fructibus,  
 obventionibus, proventibus, emolumentisque  
 universis nullis exceptis ad eademque bona  
 ea antique spectantibus et pertinentibus.  
 tenebunt habebunt et possidebunt eisque con-  
 junctim et in solidum utifruenter ad extrema  
 vite sue tempora. Promittimusque verbo nostro  
 Regio pro nobis et Serenissimis Successoribus  
 nostris quod quamdiu prænominati conjuges  
 in vivis extiterint, vel alter eorum extiterit, eos  
 nos ab usu et pacifica possessione dictorum

bonorum

bonorum non redimemus, alienabimus vel a-  
movebimus, neminique redimendi amovendi  
vel alienandi potestatem dabimus Serenissimi-  
que Successores nostri non dabunt, verum illis u-  
trisque quoad vixerint, conjunctim et indivisim  
vel post mortem unius ex eis, et qui supervixerit,  
salvum et illorem jus ad vitalitium prestabimus  
et Serenissimi Successores nostri prestabunt.  
Post mortem vero, illorum non prius Successores  
eorum de possessione dictorum bonorum cedere  
debeant, quam Summa ibidem legitime in-  
scripta vel ex taxatione Communiariorum  
proveniendi eis integre numerata et peroluta  
fuerit, Juribus nostris Regalibus Republica  
Ecclesiarumque Catholica salvis ibidem manenti-  
bus. In cujus rei fidem etc Datum Varsoviae  
die vigesima secunda Mensis Martij  
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Re-  
gnorum nostrorum Poloniae tridecimo Lu-  
cia vero anno Septimo.  
Siquismundus Rex.

Sigismundus Rex.

Datus est consensus Joanni  
Brilinski ad cedendum Sculte-  
tia villa Brilino Brilinskim  
fratribus.

Sigismundus cum Significamus cum  
Quod cum nobis relatum esset per certos Con-  
siliarios nostros nomine Nobilis Joannis Brilin-  
ski medietatis Scultetie in villa nostra Brilino  
Walachica in Capitaneatu Premisliensi sibi posse-  
sionis constituisse et in animam induxisse eum  
Quod de jure suo ad eandem Scultetiam summasque  
in ea existentes sibi servientes Nobilibus Si-  
meoni Andrea et Joanni fratribus, nec non  
Michaeli Filicastro Brilinskim cedere et conde-  
scendere, consensumque ad id nostrum per  
eosdem Consiliarios nostros requisivisse, non  
negandum eum sibi ad eorum supplicatio-  
nem existimavimus. Quare potestatem illi  
fecimus facimusque literis hinc no-  
stris

istis ad eam ad acta quecunque authentica Re-  
gni nostri de eodem omni jure suo ad prefatam  
Saultetiam summasque in eadem inscriptas  
habito eisdem fratribus filiiastroque suis, et i-  
pam cessionem posteaquam per eundem Joan-  
nem Brilinski facta et recognita fuerit, ratam et  
gratam habitari volumus. Vigore cujus cessionis  
praesentisque consensus nostri, praenominati No-  
biles Simon Andreas Joannes et Michael Bri-  
linca dictam saultetiam, quilibet pro sorte  
et interesse suo, cum omnibus et singulis epis-  
dem redditibus commodis adinrentijs et per-  
tinentijs universis ad eandem antiquitas pec-  
tantibus tenebunt habebunt et possidebunt  
ad vite suae extrema tempora. Promittimusque  
nostro et Successorum nostrorum nomine quod  
Durante ipsorum vita, ex illis neminem abu-  
su et possessione pacifica eorundem bonorum  
non amovebimus, quamvis gravissima no-  
stra et Republica necessitas id a nobis ef-  
flagitaret

flagitaret sed neque cuiquam redimendi potesta-  
 tem amovendive faciemus, quin potius saltem  
 illis ius ad vitalitium prestabimus et Serenissi-  
 mi Successores nostri ita facturi sunt, salvo tamen  
 censu nostro Duodecim florenorum numeri et  
 monetae Polonicae ex eis bonis ad Castrum  
 nostrum Przemiliem pro labore alias zà ro-  
 borizne ab antiquo singulis annis proveniēte.  
 Post mortem vero illorum non prius ad nos di-  
 spositionemque nostram bona praenominata  
 devolventur donec summa ibidem legitime  
 existens vel ex taxa Commisariorum legitime  
 proveniens successoribus eorum percolata fu-  
 erit. Juribus nostris Republicae et Ecclesiae  
 Catholicae ibidem manentibus salvo. In cu-  
 jus rei fidem est Datum Varsaviae die vi-  
 gesima tertia Mensis Martij Anno Do-  
 mini Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
 nostrorum Poloniae tridecimo Sueciae vero an-  
 no Septimo. Sigismundus Rex.

Conservantur in poponati-  
bus villarum Simeon in  
Torki et Stephanus in Po-  
dzziaca Popowicovia  
Sigmundus et Sigmundus et  
Quia nos ad intercessionem certorum Consi-  
liariorum nostrorum ad nos nomine Reli-  
giosi Simeonis sive Simeon in villa Torki et  
Stephani Popowia in villa Podziciae in Capita-  
neate Premislunensi consistens et ad tenetam  
Mediniam pertinens situs Graeci poponum  
tum commendato habens eorundem in obsequio  
et administrans Graeci Religionis ritus exercita-  
tam pietatem et morem ac victa probitatem  
eosdem in praedictis poponatibus usuque et pos-  
sione bonorum ad eosdem antiquos fundato-  
rum ac in administratione pastoralis praedicta-  
rum Ecclesiarum in quarum regimen parente-  
tum suorum morte successerunt quemlibet in  
suo poponatu conservandum et relinquendum  
esse duximus, uti quidem conservamus et re-  
linquimus

247

quimus presentibus litteris nostris ita quidem  
ut poponatus eisdem in villis predictis cum om-  
nibus eorundem commodis, usibus, fructibus,  
agris, pratis, campis, decimis sive datijs hac-  
tenus per eos possessis, et quemadmodum alia-  
rum vicinarum villarum Popones, easdem ex an-  
tiqua fundatione percipiunt et ipsi quoque ex  
suo quilibet Poponatu percipiant, teneant, ha-  
beant, possideant, ad extrema vite eorum utrius-  
que tempora, Quibus quidem saluum et inte-  
grum jus ad vitale quo ad supervixerint cujusli-  
bet pro suo interesse conservaturos esse nos et se-  
renissimos Successores nostros pollicemur. Juris-  
bus nostris Regalibus et obedientia Sanctae Ro-  
manae Ecclesiae per eos praestantur tum et oneri-  
bus ab ipis ex inde praestari solitis manentibus  
semper salvo. In cuius rei fidem esse Datum  
Varschavie die vigesima tertia Mensis Martij  
Anno Domini Millevimo Sexcentesimo. Regno-  
rum nostrorum Poloniae et Sueciae

vero anno Septimo

Sigismundus Rex.

Confirmatio donationis A-  
rea sub Castro Leopoliensi  
pro parte virginum Conobij  
omnium Sanctorum ibi-  
dem.

Sigismundus ead significamus ead  
Quod cum Generosus Christophorus Stadni-  
cki de Zmigrod ad Acta Castrensia Pra-  
mislensia personaliter comparens certabo-  
na sua videlicet arcam hortos agros pradi-  
umque et curiam cum pratis sub castro  
in suburbio Leopoliensi inter providos Ilko  
ab una, et olim Niekrasenz parte ab altera  
sile et consistenz nec non hortulanas cum  
hortulanis ibidem residentibus de nomini-  
bus et cognominibus in inscriptione expref-  
sis Dedicatae Virgini Catarina Saporow-  
ska Abbatisa Leopoliensis ordinis Sancti  
Benedicti

Benedicti canobij omnium Sanctorum et  
 alijs virginibus ejusdem canobij perpetue  
 succedentibus; et pro tempore existentibus  
 cum omni jure et proprietate omnibusque  
 eorum bonorum utilitatibus et pertinentijs  
 titulo pura et irrevocabilis donationis de-  
 didisset donasset et resignasset prout ipsa in-  
 scriptio de actu et data in Castro Diemi-  
 sliensi feria secunda post festum visitatio-  
 nis Beatissime virginis Marie proxima  
 in anno proxime elapso millesimo quingen-  
 tesimo nonagesimo nono recognita no-  
 bisque authentica exhibita latius premif-  
 sa omnia in se continet. Supplicatumque  
 nobis esset ut eam donationem resignati-  
 onem et inscriptionem pro superioritate no-  
 stra Regia approbare confirmare et ratifi-  
 care dignaremur. Nos cum animadvertere-  
 mus ea bona in pium opus et augmentum  
 cultum divinum conversa esse pro no-  
 stra

stra in rem Ecclesie Dei propensione et studio,  
si supplicationi uti iuste benigne annuere  
supradictam bonorum commemoratorum do-  
nationem et resignationem cum sua inscri-  
ptione de actu et data superius expressa, ap-  
probandum et confirmandum esse duximus,  
uti quidem eam in omnibus et singulis suis  
punctis clausulis conditionibus ligamentis  
approbamus confirmamus et in illam com-  
sentimus non secus ac si ipsam prorsus no-  
ster consensus et approbatio antecessisset  
Quae quidem bona modo praedicto donata et  
inscripta libertati ac immunitati Ecclesiasti-  
cae ea lege adscribimus, et incorporamus ut  
eo facto juribus et oneribus Reipublicae ni-  
hil derogatum sit. In cuius rei fidem etc.  
Datum Varsoviae die vigesima quarta  
Mensis Martii Anno Domini Millesimo Sex-  
centesimo Regnorum nostrorum Polonae tre-  
decimo Sueciae vero Anno Septimo.  
Sigismundus Rex. Castellanatus

Castellanatus Rogoznen-  
sis Joanni Orzelski confer-

tur.

Sigismundus edo Significamus edo

Si quid id profecto plurimum Republicae  
interest maximeque ad ejus dignitatem pertinere

re ut honores ejusmodi viris mandentur, qui

praedaris animi et ingenij dotibus praestanti

prudencia maximamque rerum usu praeda-

lijs emineant, quique non tam vibi ex honore

ornamenta quaerant, quam honoribus ipsi or-

namento sint, Senatusque nostri gravitatem

et auctoritatem augeant et tueantur. Nam

si consilium est, quo Republicae omnes vi-

vent et vigent, consilij autem publici auct-

tor et moderator Senatus, immunita ejus

Dignitate occupatio scilicet quo virtutis

sunt a fortuna subvelij omnino totam Rei-

publicae corpus servim labescere et de salu-

te periclitari necesse est. Idcirco semper in

eam curam incubuimus, ut quod fieri

potuit

potuit in Divulibilem honore cum virtute  
societatem conservare, ita ut virtutis pre-  
mium honor esset, quando ei nihil in rebus hu-  
manis prestantius tribui potest, virtus autem  
honoris ornamentum atque uti id ipsum in  
alij secuti sumus, sic et in Generoso Joanne  
Brezelki Capiteano nostro Koveianensi in de-  
natem cooptando precipue spectavimus,  
quo nimirum et singularibus ejus virtutibus  
debitum premium tribueremus, et dato quasi  
apertiore ad publica commoda campo, uberio-  
rem industriæ ipsius fructum caperemus.

Quæcumque enim in magno et prestanti  
Senatore desiderari solent, ea omnia in eo  
reperiuntur spectata integritas, exquisitæ  
libera, civiles bellicæque artes, magnus rerum  
gerendarum usus, Quippe non contentus  
a majoribus accepta generis claritate et ali-  
is que fortuna tribuerat, beneficijs egre-  
giam animi corporisque indolem, omni-  
bus

bus honestis disciplinis magis magisque exco-  
 lere studuit, et quoniam perse solam mancam  
 videbat liberarum cognitionem nec satis ad per-  
 ficendum magnum virum sufficientem per-  
 agratis multis externis regionibus institutis-  
 que et moribus earum perspectis, doctrina  
 studia varia etiam multiplicique experien-  
 tia cumulavit. Tis instructus providijs ad au-  
 lam primum se se Domini Sigismundi  
 Augusti Aouaculi nostri applicavit neque  
 prius quam ille vita ejus obsequijs defun-  
 ctus est, Domino Deinde Stephano praecep-  
 tori nostro indefesso studio et pace, et in belli-  
 cis functionibus honestissimos ordines ductan-  
 do, nunquam ab ipsis motus Transsylvanici initijs  
 ad ultimum Moschovitici belli exitum, ope-  
 ram navare destitit, tanta quidem cum la-  
 ude ut inter eos qui sub auspicijs Domini  
 Stephani militari gloria claruerant, non po-  
 stemum et militaris prudentiae et exi-  
 mia

mie fortitudinis Deas retulisse convenit.  
Tum vero nobis quoque ipsis ad capienda  
Regni gubernacula Cracoviam contendentes  
ad primum adventu nostri nuntium singula-  
ri promptitudine presto fuit, fidemque suam  
prudentiam animique magnitudinem, et  
tum egregie probavit et postea cum esse  
prestitit ut constanti nullique obnoxio cu-  
piditatibus boni publici studio et in negotijs  
Reipublice tractandis dexteritate, Judicijque  
maturitate paucis parem nemini secundum  
existinemus. Ad contestandam itaque no-  
stram erga eum benevolentiam ob spectatiss-  
imas ejus virtutes, clarissimaeque ingenij ac-  
nimique ornamenta in senatorium ordinem  
legendum atque Castellanus Rogoznensis  
ei dignitatem per evectionem ad Castellana-  
tum Caliscensem Magnifici Andree a  
Czarnkow Capitanei nostri Involodista-  
vicensis

uensis vacantem dandum et conferendum  
 Duximus uti quidem damus et conferimus  
 praesentibus liberis nostris, ita ut eum Ca-  
 stellanatum praedictus Generosus Joannes  
 Brazelski Capitaneus noster Kosciunenensis  
 cum omnibus prerogatiuis obventionibus  
 uniuersis ad eam dignitatem antiquitas  
 spectantibus ad uite sua extremum tem-  
 pus, vel alicuius maioris dignitatis asse-  
 cutionem, teneat habeat et possideat,  
 Quod uniuersis et singulis nominatim  
 autem Dignitarijs Officialibus ac Reque-  
 stis ordinis Palatinatus illius territo-  
 rijque hominibus, denunciamus man-  
 dando, ut ab eo tempore Generosum Joan-  
 nem Brazelski Capitaneum nostrum Ko-  
 sciunensem pro uero ac legitimo Castella-  
 no Rogoznensi habeant et agnoscant,  
 eique de loco prerogatiuis et obuentio-  
 nibus respondeant, responderique re-  
 rent

rent. Pro gratia nostra. In cuius rei fi-  
derem Data Paruchavice die vigesima  
quarta Mensis Martij Anno Domini Mil-  
lesimo Sexcentesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae tridecimo Sueciae vero An-  
no Septimo.

Sigismundus Rex.

Consensus Jacobo Zeli-  
gowski datus ad ceden-  
dum Moyza Aizaron dicta  
Matheo et Nicolao filijs  
suis.

Sigismundus edd significamus edd  
Quia nos condignam rationem haben-  
tes, militarium servitiorum Genero-  
si Jacobi Zeligowski in Livonia Roth-  
magistri veterani, per ipsum tam be-  
renissimo olim Stephano Regi De-  
cessori nostro in omnibus expeditio-  
nibus

nibus Moschoviticis quam Reipublice  
interregni tempore, tum etiam nobis i-  
pvis quo rerum Regni hujus feliciter po-  
timur, ubi se aliqua occasio obtulit, sum-  
ma cum fide Diligentia atque Dexteri-  
tate, non absque salutis et facultatum su-  
arum jactura prestare non intermisit, ei-  
dem consentiendum et permittendum ef-  
se duximus consentimusque et permitti-  
mus presentibus, ut possit et valeat to-  
to et integro jure suo ad vitalitio, sibi et  
consorti suae Nobili Lucie Niumierzar-  
ka super Moyzam Aizeron in Districtu  
Sandomiriensi iudam, a nobis concesso,  
tum et tribus uncis cum dimidio acri,  
sub arce Socolniansi mandato Illustris  
et Reverendissimi Domini Georgij Radzi-  
wil Episcopi Wilnensis Ducis in Olicka  
et Niesuriz et Livoniae locum tenens  
a Capitaneo moderno Smeltmensi assi-  
gnate

gnato, Nobilibus Mathia et Nicolao Zeligowskim filijs suis adultis, et militiae onera obuentibus, cedere et condescendere illudque in personas eorum officiose transfundere et transferre. Quae quidem cessio jurisque transfusio ubi legitime coram actis quibuscunque authenticis Regni per eos facta et recognita fuerit, ratam et gratam habituri sumus, non aliter uti eam qua precedente nostro convenu peragetur. Insuper volentibus gratiae nostrae in praefatis Mathia et Nicolao Zeligowskich extare testimonium, ipsi eam Mayzarn Aizeron tum et tres uncas cum dimidio cumque colonis ibidem locatis, eorumque censibus, laboribus, atque omnibus eorum fundorum proventibus et redditibus, qui nunc sunt et postea labore et industria eorum inveniri poterint, advenire

adinentijsque et pertinentijs universis et  
 singulis ad bona prefata legitime perti-  
 nent nullis exceptis, pro nobisve aut quo-  
 piam reservatis, ita quemadmodum ea  
 parentes illorum prefati ad presens te-  
 nent et possident, ipsi quoque filij eorum  
 pleno jure ad vitalitio quilibet illorum  
 pro sorte et interese suo tenebunt habe-  
 bunt et possidebunt, eisque quiete utentur  
 fruuntur ad extrema usque vite sue  
 tempora. Ita quod altero eorum vita de-  
 functo demortui non utriusque autem e  
 vivis sublatis totalis eorum bonorum  
 dispositio ad nos pleno jure devolvetur.

Promittendo pro nobis et serenissimis suc-  
 cessoribus nostris quod durante vita  
 utriusque fratrum prefatorum Jeli-  
 gowskich eis usum et possessionem  
 dictorum bonorum nullo unquam  
 tempore

tempore adimemus, neque adimendi  
facultatem ullam ob nostram et Reipu-  
blica necessitatem cuiquam dabimus,  
quin verbum et integrum jus ad vitale  
utrique illorum pro vobis et interesse  
illius conservabimus. De quibus qui-  
dem bonis onera militaria more aliorum  
nobilium et incolarum illius Provinciae  
pro defensione illius obire tenebuntur.  
Juribus etiam nostris Regalibus Rei-  
publicae et Ecclesiae Catholicae salvis ibidem  
per omnia manentibus. In cuius rei fi-  
dem praesentes manu nostra subscriptas  
Sigillisque Regni et Magni Ducatus Lic-  
thoaniae consignari iussimus. Datum Var-  
saviae die vigesima quarta Mensis Mar-  
tij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo  
Regnorum nostrorum Poloniae trideci-  
mo Sueciae vero Anno Septimo.  
Siquismund

Sigismundus Rex.

Ertmanus Ganskow cum  
posteris in bonis heredita-  
rijs Arven et Laiden perpe-  
tuo conservatur.

Sigismundus vobis significamus  
Quod et si ex compositione qua a Sere-  
nissimis Dominis Stephano et Danie  
Regibus super Episcopatu Cujavia est  
inita omnia jura Nobiles in eodem distri-  
ctu habitantes salva et integra retine-  
re debeant, et nos singularibus litteris  
id ipsum confirmassemus tamen ad  
intercessionem artorum Consiliariorum  
nostrorum pro Nobili Ertmano Gan-  
skow tum etiam propter singularem  
fidem militariaque servitia, que Regi  
Sigismundo Augusto avunculo no-  
stro



hereditarie et temporibus perpetui tenere  
 habendum possidendum pacifice et quiete  
 utifruendum damus, ita omnino, ut in ijs li-  
 mitibus quemadmodum ea hactenus posses-  
 sa sunt, cum omnibus item eorundem bono-  
 rum adinentijs pertinentijs et proventibus  
 nempe fundis agris cultis et incultis pratis  
 sarnicijs sylvis iudicijs et libertatibus cum-  
 que censibus fructibus et utilitatibus univer-  
 sis nullis prorsus exceptis, sed omnibus in ge-  
 nere et singulis in specie comprehensis,  
 ita longitate et circumferencialiter quemad-  
 modum antiquitus dislimitata et possessa  
 sunt, salvo tamen in eis nobis et Successori-  
 bus nostris reservatis, oneribus qui simi-  
 lium bonorum ratione ceteri quoque nobi-  
 les prestare debent, Cui quidem Nobili Jo-  
 anni Gankow ejusque legitimis posteris  
 facultatem concedimus eadem bona cui-  
 usque voluerit modo is fidelis nobis et  
 incola Regni aut alicujus Dominiq; no-  
 stri

stii sibi dandum donandum venden-  
dum alienandum et in suos suorum-  
que successorum beneplacitos usus con-  
vertendum. In cujus rei fidem presentes ma-  
na nostra subscriptas sigillis Regni et Ma-  
gni Ducatus Lithuaniae conignari iussi-  
mus. Datum Varsoviae in Comitibus Regni  
nostri generalibus die vigesima quinta Men-  
sis Martij Anno Domini Millesimo Sex-  
centesimo Regnorum nostrorum Poloniarum  
tredecimo Sveciae vero Anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Mathias Piotrowski in bo-  
nis Miegolica in confinijs  
Moschoriae sibi ad vitam  
conservatus.

Sigismundus cum Significamus cum  
Quia nos ad interceptionem certorum  
Consiliariorum nostrorum pro Nobi-  
li Mathia Piotrowski apud nos fa-  
ctam

ctam commendatam etiam habentes sin-  
 gulari ipsius fidei servitiaeque militaria  
 nobis et Domini Successori nostro Regi Ste-  
 phano prestita faciendum nobis esse pu-  
 tavimus ut cum in usu et possessione bo-  
 norum ipsius Mieqiczica dictorum in con-  
 finibus Moschovie videlicet ipsi post di-  
 versam ad Moschum Alberti Wojciechow-  
 ski a Generoso Mathia Lieniik Castellano  
 Despatensi Capiteano Nowogradensi pro  
 laboribus quos una cum eo in militia su-  
 stinuit, in possessionem traditorum conser-  
 varemus et relinqueremus quemadmo-  
 dum cum ad nullam arcem nostram  
 pertinere dicatur, conservamus et relin-  
 quimus presentibus ita ut praedicta bo-  
 na Mieqiczica dicta, cum omnibus utilita-  
 tibus fructibus proventibus redditibus at-  
 tinentiisque et pertinentiis etiam ipsi que  
 Andreas Wychawski et Kobusko hactenus  
 tenuit, antiquitus ad praedicta bona spec-  
 tantibus

tantibus, universis nullis prorsus exceptis,  
neque pro quopiam alio reservatis, sed is-  
ta prorsus quemadmodum in suis metis  
et limitibus ab antiquo continentur, idem  
Nobilis Mathias Piotrowski deinceps tene-  
at habeat possideat pacificeque et quiete uti-  
tificateur ad extrema usque vite ipsius tem-  
pora. Promittimusque pro nobis et here-  
ditariis Successoribus nostris non esse nos  
ea bona quicquamve eo pertinere ullatenus  
a predicto Mathia Piotrowski a-  
moturos aut alienaturos, amovendive aut  
alienandi potestatem cupiamus facturos,  
quin ei totum integrum illorumque jus  
vitalitium conservaturos. Similia autem  
omnia cum cetera nobilitate prestare  
tenebitur. In cuius rei fidem presentes  
manu nostra subscriptas sigillis Regni  
et Magni Ducatus Lithuaniae consignari  
iussimus. Datum Parochavia die vi-  
gesima

gesima quinta Mensis Martij Anno Domini  
Millesimo Sexagesimo Regnorum nostro-  
rum Poloniae tridecimo Sueciae vero Annole-  
ptimo.

Sigismundus Rex.

Consensus ad cedendum  
de villa Wilerkowo in per-  
sonam Joannis Kobilnicki  
Stanislae Kroczewski da-  
tus.

Sigismundus etc. Significamus etc.  
Quia nos grato animo compleri Generosi Jo-  
annis Kobilnicki Tribuni Terrestris Sacro-  
crimennis Aulici nostri obsequia quae  
nobis ab ipso felicias coronationis nostrae  
tempore haud vulgari studio et fide hac-  
usque praestare non cessat cupientes vel  
ea etiam occasione benevolentiam no-  
stram ipsi declarare consentiendum et  
permittendum duximus consenti-  
musq[ue]

musque et permittimus hinc presentibus lit-  
teris nostris Generoso Stanislas Kroczewski  
Tenentario villa nostra Wilczkowo in Wysz-  
grodiansi Districtu sibi ut possit et valeat  
coram quibuscunque authenticis Regni no-  
stri Actis de omni et integro jure suo ad vitali-  
tatem quod illi super eandem villam compe-  
tit supradicto Generoso Joanni Kobilnicki  
cedere illudque in personam ipsius plena-  
ria transfundere et transferre. Qua quidem  
cessio jurisque transfusio posteaquam  
peracta et recognita fuerit, nos et serenissi-  
mi Successores nostri illam ratam et gra-  
tam habituri sumus, velut eam qua hoc  
nostro consensu antecedente peracta est.  
Ejusque cessionis et condescensionis  
vigore commemoratus Generosus Joan-  
nes Kobilnicki hac ipsa villa Wilczkowo  
potiretur, eamque cum pradio fundis ac-  
quis sylvis pasuis colonis, arvis, fructibus  
proventibus commodis emoluc-  
mentis

mentis aliisque omnibus suis pertinentijs,  
 quocunque nomine nuncupatis, ad ipsam vil-  
 lam spectantibus, nullis penitus exceptis a-  
 ut exclusis tenebit habebit possidebit ipsaque  
 utetur et fruetur integre quiete et pacifica, ad  
 extrema usque vite sue tempora. Promit-  
 tendo pro nobis et Serenissimis Successori-  
 bus nostris Poloniae Regibus verbo nostro  
 Regio non esse nos praenominatum Genero-  
 sum Joannem Kobilnicki a possessione et  
 usu ejusdem villae Wilezkowoo suarumque  
 pertinentiarum amoturos vel alienaturos,  
 etiamsi vel gravissima queriv nostrae  
 et Reipublicae necessitas ad ipsum ex-  
 ceret neminique ejus rei faciendae potes-  
 tatem daturus imo saluum et integrum  
 jus ad vitalitum ipsi donec vixerit in ea  
 una cum Serenissimis Successoribus no-  
 stris conservaturos. De qua villa quar-  
 tam proventuum partem in defen-  
 sionem

sionem Reipublice residuam quotannis  
juxta Regni leges inferre tenebitur reliquas  
vero tres partes in usum et necessitatem  
suam percipiet. Juribus nostris et Reipu-  
blica et Ecclesie Catholicae ibidem sem-  
per salvo manentibus. In cujus rei fi-  
dem edictum Sarchavia die vigesi-  
ma sexta Mensis Martij Anno Domini  
Millesimo Sexcentesimo Regnorum no-  
strorum Poloniae tridecimo Succi vero  
Anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Consensus Joanni Brilin-  
ski datus ad cedendum de  
medietate Advocacie et Po-  
ponatu villa Brilince fili-  
o suo.

Sigismundus edictum Significamus edictum  
Quod cum Nobilis Joannes Brilin-  
ski

271

ski possessor modernus medietatis Advoca-  
tiae cum quindecim emetibus in ea-  
dem locatis nec non Poponatus in villa  
nostra Brilina Palachica ad Capitanea-  
tum Premiliensem pertinente consti-  
tuisset in animo toto et integro jure suo ad-  
vitali quod illi ad dictam medietatem  
Advocaturae emetones et Poponatus legi-  
time vigore Privilegij sui competit Nobili  
Joanni Constantino filio suo cadere et  
condescendere illudque omne suum in per-  
sonam illius plenarie transfundere et trans-  
ferre. Supplicassetque nobis ut illi eam in-  
rem consensum nostrum prebere di-  
gnaremur. Nos supplicationibus artorum  
Consiliariorum nostrorum apud nos pro  
eodem Joanne Brilinski factis adducti,  
consentendum et permittendum esse  
duximus uti quidem convenimus ac  
permittimus presentibus litteris no-

stris

stris uti eam cessionem ad Acta quaecunque  
Regni nostri authentica in personam ejusdem  
filij sui facere et recognoscere possit. Vigore  
cujusquidem cessionis modo praemisso fe-  
ciunt quam nos ratam et gratam habitur-  
i sumus, uti eam quae hoc nostro consensu  
antecedente peracta, praedictus Joannes  
Constantinus Brilinski medietatem Advocat-  
iae ejusdem cum quindecim Cmetonibus  
ac Propriatibus in villa praedicta Brilinsce cum  
omnibus alijs in genere et in specie singulis  
ejus Advocatiae medietatis adinentijs petti-  
nentijs commodis emolumentis ac conven-  
tionibus uti eandem parens ipsius hacte-  
nus possedit jure advitali, quod illi praes-  
entibus conferimus tenebit habebit pos-  
sidebit eademque pacifice et quiete ute-  
tur ac fruetur ad extrema vitae suae tem-  
pora salvo tamen censu nostro Regio qua-  
tuor et viginti florenorum ratione lac-  
toris

boris Capitaneo loci illius pro tempore ex-  
 istenti juxta antiquam consuetudinem  
 per eum solvendum. Nos vero tam nostro  
 quam Serenissimorum Successorum nostro-  
 rum nomine saluum omnino ac illesum  
 ac integrum ius ad vitale super dicta me-  
 ditate Advocacia ejusdem Comitibus ac  
 Poponatu aliisque omnibus adinrentijs qu-  
 odem Advocatijs eidem Joanni Constanti-  
 no Brilinski conservataros et manentan-  
 tuos esse, quoad in humanis extiterit spon-  
 demus et pollicemur. Juribus alijs nostris  
 Regalibus Reipubliceque ibidem omnino  
 manentibus salvo. In cujus rei fidem cu-  
 Datum Parochavie die vigesima Sexta  
 Mensis Martij Anno Domini Milleesimo  
 Sexantesimo Regnorum nationum Po-  
 lonie tridecimo Sueviae vero anno Se-  
 ptimo.

Sigismundus Rex.

Advocatus

Ad vitalitas Elizabetha Orzel-  
ska super bonis Capitaneatus  
Costensis factam

Sigismundus ad Significamus ead  
Quia nos habentes rationem egregiorum  
meritorum Generosi Joannis Orzelki Cas-  
tellani Rogoznensis et Capitanei nostri Co-  
stensis, qua nobis et Serenissimis Antecesso-  
ribus nostris Regibus Poloniae, tam in bel-  
lis Moschoviticis cum magno vite sua di-  
scrimine, quam interregni tempore quo bono-  
rum Civium partes sequutus est, summa  
cum laude prestitit, tum in alijs nostris  
et Reipublicae necessitatibus in quibus non  
sine exigua rei familiaris sua jactura  
omnibus et tempore non solum semper  
adfuerit, verum et ulla in parte nemi-  
ni adere voluerit, Quo circa ad majora  
Deinceps prestanda eum incitare cupien-  
tes faciendum nobis esse existimavimus,  
ut

ut in Capitaneatu sive prefectura Costensi  
 nec non bonis Advocatiae Naydaka dictis  
 itidem in suburbio Costensi existentibus,  
 quae idem Castellanus Rogoznensis a Do-  
 mino Stephano Rege antecessore nostro in  
 jus advitalitium una secum daremus et  
 conferremus. Id circa speciali hoc nostro Bri-  
 vilegio Capitaneatum sive prefecturam pre-  
 dictam Costensem una cum Advocatia Na-  
 ydaka dicta ibidem existenti, cujus ipse ad  
 praesens tenentarius est et possessor preno-  
 minata Helizabeth conjugii suo dandam  
 et conferendam esse duximus uti qui-  
 dem damus et conferimus praesentibus  
 litteris nostris, utrinque in solidum con-  
 junctim et divivim jure advitalitio cum  
 omnibus pradijs scultetijs molendinis  
 colonis omnibusque ad eam spectanti-  
 bus pertinentijs in genere et specie, ita  
 ut specialitas generalitati et genera-  
 litas

litas specialitati in nullo deroget, nec non  
cum omnibus redditibus censibus commo-  
dis et utilitatibus universis nullis penitus  
exceptis neque cuiquam reservatis, ab utraque  
conjugum conjunctim et in solidum vel altero  
vita defuncto divisim ab altero quovis  
horum ad extrema vite sue tempora tenen-  
dum habendum quieteque et pacifice  
possidendum. Nos vero promittimus no-  
stro et serenissimorum Successorum no-  
strorum nomine non esse nos quoad  
predicti Generosi Joannes Bizelski Ca-  
stellanus Rogoznensis et Helizabeta  
conjuges in vivis erunt, ab illis vel al-  
tero defuncto ab alterutro eorum Capita-  
neatum sive prefecturam predictam  
Castensem et Advocatiam Naidaka di-  
ctam bonaque ipsius tam in toto quam  
in minima quaque parte eorum eti-  
am gravissima id causa exposcen-  
te

te redempturos aut alienaturos, neque cui-  
 piam id faciendi potestatem facturos, sed  
 jus ad vitalitium integrum, et inviolatum  
 utrique et alteri ex ipsis, nos et serenissimos  
 Successores nostros praeiituros esse. De  
 quo quidem Capitaneatu viva praefectu-  
 ra Cortensi ipsi conjuges quartam pro-  
 ventuum partem suam quolibet anno  
 iuxta constitutiones Regni inferre debe-  
 bunt et tenebuntur reliquos vero pro-  
 ventus pro usu suo concedent neque  
 nobis et thesauro nostro ex eisdem re-  
 spondebunt Advocatia vero Naudaka  
 dicta ipsi mortuis non prius ad nos di-  
 spositionemque nostram redibit, quam  
 summa in liberis originalibus inscri-  
 pta vel ex legitima Commisariorum  
 taxa proveniens successoribus so-  
 rum plenarie fuerit peroluta. Juri-  
bus

bus nostris Regalibus eadē In cuius rei fidem  
eadē Datum Varsoviae die vigesima se-  
xta Mensis Martij Anno Domini millesimo  
Sexcentesimo Regnorum nostrorum  
Poloniae Tredecimo Sueciae vero Annoduo  
primo.

Sigismundus Rex.

Consensus Helizabeta  
Bronewska datus ad eden-  
dam Advocatiam villa Koz-  
lowin Leszewskim.

Sigismundus eadē significamus eadē  
Quod cum Nobilis Helizabeta Bro-  
newska relicta vidua nobilis olim Al-  
berti Leszewski Advocatiae in villa  
nostra Kozlowin in districtu Rado-  
mieniensi consistenti advocatiae possessor  
constituisset toto ac integro jure su-  
o advocatiae sibi super dictam Advoca-  
tiam summasque in eadem habitas  
legitime

legitime servientes Nobili Joanni Liewowski  
 Nobilis Valentini Liewowski filio cedere et  
 condescendere illudque totum ac integrum  
 jus suum in personam illius transferre et  
 transfundere supplicatumque nobis esset  
 ut in predictam cessionem jurisque trans-  
 fusionem in personam ejus faciendam  
 consensum et auctoritatem nostram pre-  
 dicta Helizabeta Bronowska praeberemus.  
 Cui supplicationi benigne annuendo con-  
 sensum hujusmodi nostrum praenomina-  
 ta Helizabeta Bronowska dandum et  
 concedendum existimavimus utiqueidem  
 damus et concedimus praesentibus, ut  
 nimirum jure suo ad vitale eidem Joan-  
 ni Liewowski cedere et condescendere  
 etque ejus cessionis recognitionem ad  
 acta quaecunque Regni nostri authen-  
 tica facere et recognoscere possit et vale-  
 at, quam cessionem ac juris transfusio-  
 nem

nem ubi facta fuerit nostratam et gratam  
habiteri sumus. Vigore cujus cessionis et  
consensus nostri predictus Joannes Lier  
szowski eandem Advocatiam cum omnibus  
ad eam pertinentijs usibus fructibus redditibus  
ac generaliter obventionibus universis ad  
eandem ex antiquo pertinentibus nullis ex-  
ceptis juxta originaliter ejusdem Advocatie  
fundationis litteras, et quemadmodum a pre-  
nominata Helizabeth Broniewska possessa fu-  
it, tenebit habebit et possidebit, eademque uter-  
tur ad extrema vite sue tempora. Promitti-  
musque pro nobis et Serenissimis Succes-  
soribus nostris saluum illorum ac inte-  
grum jus adritale super eadem Advocatia  
nos et Successores nostros illi prestituros,  
eo vero mortuo non prius Successores illi-  
us possessione dictae scilicet bonis ce-  
dere tenebuntur, quam summa ex taxa  
Commisariorum legitime provenientium il-  
lis integre peroluta et numerata fue-  
rit

rit. Juribus nostris Regalibus Reipublicae  
 Ecclesiaeque Catholicae ibidem per omnia  
 saecula manentibus, In cujus rei fidem etc.  
 Datum Parochaviae die vigesima octava Men-  
 sis Martij Anno Domini Millesimo Sexcen-  
 tesimo Regnorum nostrorum Poloniae tre-  
 decimo Sueviae vero anno septimo.

Sigismundus Rex.

Consensus eximendi vil-  
 las Petzиков Tulecia Wra-  
 nim etc. Adamo a  
 Czarnkow.

Sigismundus etc. Significamus etc.  
 Quod cum eos in Republica viros  
 vel maxime ornare praemijs non so-  
 lum majorum nostrorum exemplo  
 sed singulari etiam propensione con-  
 sueverimus quorum in omnibus  
 tam publicis quam privatis acti-  
 onibus.

onibus virtus et integritas et singularia  
tam in eos quam in Rempublicam me-  
rita sint comprobata merito hoc idem e-  
tiam aliqua benevolentie nostrae signifi-  
catione ex qua Generosum Adamum Landivo-  
quium a Barkow majoris Colonie gene-  
ralem, oblata ad id occasione testari volu-  
imus, in eo enim proter eam quam a ma-  
joribus accepit generis claritatem mul-  
tas eximias virtutes indefessum ad o-  
mne obsequij nostri genus studium, et  
promptitudinem plurimamque ac ma-  
xima in Rempublicam merita perspi-  
ciamus. A prima siquidem statim ado-  
lescentia haud in otio et umbra dome-  
stica delitescens in vobis et pulverem  
exercenda virtutis ad aulam videlicet  
Domini Stephani praedecessoris no-  
stri sese contulit, ibique et vite splen-  
dore et eximia animi corporisque in-  
dole

Dole longe ante alios erituit, sub felicibus  
 vero Regni nostri auspicijs oborto gravissimi  
 belli metu ad navandam Reipublice ope-  
 ram, nullis parcens sumptibus conscripta ex-  
 celenter lectissimorum equitum turma pra-  
 sto adfuit, eique vim summa et moderatio-  
 nis civilis et prudentiae militaris laude,  
 praefuit nec deinceps semper nostra dignita-  
 te publicaeque commodis quicquam conti-  
 quius habuit, pro ijs semper contendit ac  
 constanti omni loco et tempore nulla un-  
 quam omissa occasione de nobis bene me-  
 rendi studium, inque negotijs tam nostris  
 quam Reipublice tractandis, dexteritatem  
 et prudentiam maximumque boni publi-  
 ci zelum abunde nobis comprobavit. Tacere  
 itaque non potuimus quin hunc ejus o-  
 ptimum erga nos et Rempublicam ani-  
 mum gratissimo quoque animo com-  
 plecteremur, benevolentiamque no-  
 stram

stram aliquo ei argumento, quod in pre-  
sens se se offerebat, declaravimus. Idcirco  
testificationem nostram erga eum beneficentia,  
conveniendum et permittendum illi  
duximus, convenimusque et permittimus  
hisce presentibus libris nostris, ut possit  
et valeat bona nostra Regalia videlicet  
villas Petzиков Tubia Wzenim Borzиков  
et Tadamuc cum molendinis ibidem exi-  
stentibus in Palatinatu Calissiensis et di-  
strictu Livorensi consistentibus mortuo o-  
lim Magnifico Margareta a Stemberky  
Sluzewska Palatina Braestensis. Cui au-  
tem dispositioni nostrae obnoxios de ma-  
nibus heredum vive successorum ipsius  
legitimorum aliorumque omnium jure  
interesse aliquod ibi habere se pretendere  
quorum nomina et cognomina hic pro  
expressis habere volumus, justis pecu-  
niarum summis in bonis ipsorum legiti-  
me

me in scriptis redimere. Quas quidem vil-  
 las posteaquam ipse Generosus Adamus  
 Sandivogius a Czarnkow majoris Polonie  
 generalis redimerit, eas cum omnibus et  
 singulis suis pertinentijs commodis ac-  
 quis pratis campis sylvis censibus colo-  
 nis molendinis tabernis usibus fructibus  
 proventibus et utilitatibus nullis peni-  
 tus exceptis nec pro nobis aut alio quopi-  
 am reservatis, et que ibidem in posterum  
 industria sua excogitare possit, tenebit habe-  
 bit possidebit ipsque utetur et fruetur inte-  
 gre quiete et pacifica ad extrema usque vi-  
 tae suae tempora. Promittimusque pro no-  
 bis et serenissimis Successoribus nostris Po-  
 lonie Regibus verbo nostro Regio non esse  
 nos predictum Generosum Adamum San-  
 divogium a Czarnkow quo ad vixerit ab  
 usu et possessione predictarum villarum,  
 ac omnium earundem pertinentiarum  
 tam

tam in toto quam in parte amoturos redemptu-  
ros, alienaturosve neque amovendi redimen-  
di alienandive cuiquam hominum potestatem  
facturos quin imo saluum et integrum jus ad-  
vitalitium in ijs bonis una cum successoribus no-  
stris eidem conservaturos. Ratione cujus qui-  
dem advitalitatis eam summa antiqua in  
ijsdem bonis inscripta partem qua juxta Con-  
stitutiones Regni publicas provenit, nobis  
ac Reipublica remittere et condonare idem Ge-  
nerosus Adamus Sandivoguis a Czarkow  
tenebitur et erit ascriptus. Juribus etiam nostris  
Regalibus Reipublice ac Ecclesiarum Catholica-  
rum ibidem salvis ac integris permanentibus.  
In cujus rei fidem est Datum Varshavie  
Die vigesima octava Mensis Martij Anno do-  
mini Millesimo Sexcentesimo Regnorum  
nostrorum Polonie tredecimo Suecicave-  
ro Anno Septimo.  
Sigismundus Rex. Consensus

Consensus Siemkoni Lo-  
 iuski Datus ad cedendum  
 De sorte villa Tatarzisce fili-  
 o suo.

Sigismundus cum Significamus cum  
 Concessisse et permisisse nos concedereque et  
 permittere proventibus libentis nostris Nobi-  
 li Siemkoni Loiuski et possit et valeat de  
 omni et integro jure suo, ad vitalitio, quod il-  
 li super certam sortem villa nostra Tatarzi-  
 szore in Palatinatu Lodovia et Districtu Ca-  
 menceuensi consistentem competet, Nobili Ioan-  
 ni Loiuski filio suo cedere et concedere,  
 illudque in personam illius officiose transfere  
 et transfundere. Qua quidem cessio jurisque  
 transfusio, quam primum legitime coram A-  
 ctis quibuscunque Regni modo authenti-  
 cis facta et recognita fuerit nos eam ra-  
 tam et gratam habituri sumus uti  
 que

que de consensu nostro peragetur, vigore au-  
jus cessionis supramemoratus Joannes Loui-  
ski eandem sortem in villa dicta Talar-  
ziszce cum omnibus adinertis et pertinenti-  
is agris pratis campis sylvis bosis censibus  
fructibus redditibus ad eandem ex antiquo  
spectantibus tenebit habebit eaque usufructus  
ad extrema vite tempora. Promittendo nostro  
et serenissimum Successorem nostrorum no-  
mine quod quamdiu idem Joannes Loui-  
ski in vivis extiterit, non esse nos eundem  
a possessione et usufructu dicte sortis, amotus  
ros alienaturos aut exempturos amovendi  
alienandi aut eximendi alicuiam potesta-  
tem facturos, quin ipsi ibidem jus advita-  
litium conservabimus et relinquemus se-  
renissimique Successores nostri conservabunt  
et relinquent. Ratione cuius advitalitatis  
quartam partem Summae sorti huic respon-  
dere

Odenz si et in quantum ibidem legitime in-  
 scripta fuerit, eamque in exemptionem vestis  
 prefate ville Tatarskize exposuerit, nobis et  
 Reipublice condonare tenebitur si autem a  
 Summa libera fuerit, quartam reddituum par-  
 tem iuxta legem prescriptam singulis annis  
 Ravennam in usus Reipublice perfolvet. Post o-  
 bitum vero illius non prius vestis totius no-  
 minata, si et in quantum summis onerata fue-  
 rit possessio ad nos successoresque nostros re-  
 dabit, quam residuum Summa ibidem legitime  
 in scripta in redemptionem per eum vel pa-  
 rentem ipsius exposita successoribus illius perfolu-  
 tum fuerit. Testibus nostris Regalibus etc. In cuius  
 rei fidem etc. Datum Varschavie die vigesima  
 nona Mensis Martij Anno Domini Millesimo  
 Sexcentesimo Regnorum nostrorum Poloniae  
 tredecimo Sueciae vero anno Septimo.

Sigismundus Rex.

Confirmatio cessionis Du-  
 purow

purou et Wequierou in per-  
sonam Petri Iwanowicz.

Sigismundus eisdem Significamus eisdem  
Quod cum nobis expositum esset Nobilem  
Sylvestrum Iwanowicz Rothmagistrum no-  
strum in Livonia toto et integro iure suo quod  
super bona duorum Pagastorum dictorum Du-  
purou et Wequierou in districtu Wendensi con-  
sistentium quondam a Nobili olim Endric  
Strick possessa juxta donationem Generosi olim  
Alexandri Chodkiewicz Capitanei Grodnensis  
pro tunc administratoris Livoniae tam a  
Domino Deussore nostro Stephano quam a  
nobis ipsis confirmatum habuit cessisse il-  
ludque in personam Nobili Petri Iwanowicz  
filij sui transfundisse, ipsumque filium ali-  
quot jam continuis annis in possessione e-  
orum bonorum permansisse, supplicatum-  
que nobis ipsorum nomine esset, ut habi-

to

to clementi respectu fidelium servitorum  
 predidi Sylvestri Twanowicz in quibus et  
 ga Republicam Domine Deuiores no-  
 stros et erga nos ipsos semper perseveravit, e-  
 andem cessionem ejus ac possessionem predicti  
 filij ipsius auctoritate nostra Regia confirma-  
 re dignaremus nos volentes patrem quidem me-  
 ritorum suorum fructum aliquem referre fi-  
 lium vero ad imitationem paternarum virtu-  
 tum excitare cessionem illius possessionem hu-  
 jus bonorum prefatorum approbandam et ra-  
 tificandam esse duximus prout quidem ap-  
 probamus confirmamus et ratificamus  
 presentibus litteris nostris commemorae  
 taque bona juxta possessionem et usum pri-  
 stinum cum omnibus eorum et singulis adhi-  
 nentis antiquitus ad eam spectantibus fru-  
 ctibus proventibus censibus emolumentis  
 et obventionibus uniuersis nullis penitus  
 exceptis nec pro nobis ac Serenissimis suc-  
 cessoribus nostris aut quopiam alio reser-  
 uatis

vatis a praedicto Petro Iwanowicz cum omni jure dominio et proprietate tenendum et possidendum eumque illis pacifice et quiete aboque impedimento et molestatione cujusvis utifui, usque ad extrema vite ipsius tempora. volumus promittimusque pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris non esse nos neque Serenissimos Successores nostros eundem Nobilem Petrum Iwanowicz ab usu et possessione praedictorum bonorum quo ad superstes vita fuerit amoturos amovendive accipiam facultatem daturus, etiamvi nostra et Reipublica necessitas id exposceret, excepto si illi similia et aequalia bona alio in loco daremus et donaremus, quin imo cum in praedictorum bonorum pacifica quieta et securi possessione usque ad extrema vite ipsius tempora conservabimus Successoresque nostri conservabunt. Ratione quorum bonorum expeditionem bellicam juxta ordi-  
nationem

nationem nostram per Livoniam nobis et  
 Republica erit obligatus. Juribus nostris Re-  
